



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

321000







EPISTOLÆ DVÆ

R. P. N. GENERALIS,  
CLAVDII AQUAVIVÆ,  
ad vniuersam Societatem.

*Altera de Renouatione spiritus.*

*Altera de Studio perfectionis, & Cha-  
ritate fraterna.*

Et alia quædam Nostræ utilia.



T O L O S A E,

Apud Raymundum Colomerium.

M. D. XCIX.

SUPERIORVM PERMISSV.

R. 36.496





# ADMODVM REVE- RENDI IN CHRISTO

Patres , Fratresq; cha-  
rissimi, Pax Chri-  
sti , &c.

**S**Piritus, ac fervoris  
renouatio spiritualibus,  
ac religiosis hominibus  
ad eò necessaria est (Pa-  
tres, Fratresq; Charissimi) ut studium  
hoc cum semper flagrans esse in nobis  
omnibus velim, tum præcipue hoc tem-  
pore. Nunc enim IESVS Dominus no-  
ster non in Septentrionibus modo, &  
Oriente alios ex alijs agros nobis colen-  
dos assignans ait, Videte regiones, quia  
albae iam sunt ad messem: verùm etiam  
in Indijs, vel Orientis, vel Occidentis,  
præsertim verò in Iapone, insula vastis-  
sima, campum latissimum aperit, ubi ad

Ioa.4

E P I S T O L A

Christiani nominis, diuinæq; gloriae amplificationem longè, latèq; nostra excurrere possit industria. Itaque si quando nostri Ordinis homines, & suæ perfectionis studio, & summum Deo cōiunctione aptos se, & idoneos Dei ministros præbere debuerunt, nunc quidem profectò quam maxime debent. Neque enim multitudo solum Ecclesiæ calamitatum, acerbitasq; verberum, qua nobis diuina seueritas infligit, sic ut grauiora etiam (ad huc enim manus eius extenta) in dies minitetur, nos admonet, ut imperfectum nostrum lugeamus, & murum nos opponamus pro Domo Dei: sed etiam institutio nostri debitum cogit, ut tam multis panem, quo æternam ad vitam alantur, potentibus aliquando frangamus. Atque ut de alijs raseam, ex Iaponie proximis nostrorum literis affertur, Reges aliquot, ac Dynastas potentes in primis, quamquam nondum Christianos, templis multis Deorum euerfis, nonnullis etiam Christo excitatis, potestatem nostris hominibus Euangelij prædicandi,

di,

di, populis suis suscipiendi fecisse, ut Christianæ religionis propagandæ spes ostendatur vel maxima. Ergo illi admirantes in captura piscium, annuunt socijs, ut veniant, & adiuuent eos; quoniam quidem magnam Deus spem, & facultatem affert suis retibus concludendi tam copiosam gentem, & idoneam; ut iam adesse tempus videatur, cum per hosce qualescumq; operarios, etiam in maxima illa, atque horrida Ethnicorum sylua efficiat Dominus, quod in Filij sui aduentu facturum se prolixè Isaiæ ore pollicetur. Cum enim illa dixisset, Aperiā in spinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in rios aquarum: adiungit, Dabo in solitudinem cedrum, & spinam (qua arbor specie, & immortalitate ceteris ~~ad~~ excellit) & myrtum, & lignum oliua. Ponam in deserto abietem, vlmum, & buxum simul; ut videant, & sciant, & recognitent, & intelligat pariter, quia manus Domini fecit hoc. Ut scilicet in ari-

Esa.

EPISTOLA

ditate gentium (quemadmodum D. Hieronymus interpretatur) inuenirentur fluenta virtutum, & in terra quondam deserta, plenaque salsuginis, cedrus, & cyparissus, & aliae arbores nascerentur. Ergo ut omnes ad hanc mentis, ac spiritus renouationem accenderemur, adductus sum, ut per literas, quia coram non licet, de ipsis vobiscum agere, quae ad hoc negotium pertinere maxime arbitror. Ut autem totares ad certum ordinem redigatur, eam ad duo capitula revocare conabor, si prius, quibus in rebus, haec, quam dico, renouatio sita sit, ostendero: Primum enim quantica sit momenti, ostendemus: Tun remedia aliquot exponemus, quae nos ad eam consequendam non mediocriter iunare possint.

Atque ut placuisse intelligatur, qua in hac instauratio consistat, quid inueteratum sit, animaduertamus necesse est. Quod si attenderimus, reperiemus, mentem illam, ardoremque animi nobis initio datum a Deo consenserescere; hoc est, ut res veteres, neque nitorem, neque ce-

leri

leritatem, neque usus cæteros habere,  
quibus prædictæ sunt recentes, ac nouæ.  
Vetustatis illa argumenta esse possunt,  
orare, ac meditari diuina sine sensu a-  
nimi, atque fructu; agrè sese colligere,  
ad cor redire: cogitata, dicta, factaq;  
sua sine pudore, ac proposito emendatio-  
nis cursum examinare; in res externas  
libenter effundi; iamq; non proximi iu-  
uandi gratia, sed ad ritandi solatiola  
à rebus creatis cupidius mendicare: li-  
berius obloqui, aliœva dicta, ac facta  
carpere: religionis disciplinam, leuem  
olim, ac suauem, iniquo animo ferre; ad  
otium aspirare: in animarum zelo lan-  
guere, laboresq; earum caussa suscipie-  
dos, qui dulces olim erant, acerbos duce-  
re: agrè, tardè, repugnâter, obtemperare:  
honorifice ab omnibus, indulgenterq;  
tractari velle: immunitates, & cōmoda  
singularia postulare; in animum indu-  
cere, se laborare plus aquo, nihilq; esse,  
quod non sibi debeat; aliaque generis  
eiusdem. Quæ quidem argumēta omnia  
facile declarant, natutam, quæ sui iuris

13. vet  
statis  
signa.

retinens admodum, atque appetens est, ante a sexuentis gratiae beneficio compressam, ac dominatam, tanquam intētum arcum neruore missō, ad ingenium redisse. Id autem committere nihil aliud est, nisi diuina gratiae opus, ac vim labefactare; & integritatē, colorem, symmetriam tollere, quibus rebus anima Deo desponsa, & copulata & forma continetur. Hæc igitur omnia renouanda sunt, id est, in pristinum reuocanda statum, atque adeò noua facta accessione cumulanda. Iustorum enim semita quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectam diem.

Sed quoniam non hac una in nobis senectus est ex virium languore, verum etiam interior (veterem hominem Apostolus vocat) qua nisi omni studio, vigilaūtiaq; arceatur, perennis est fons prioris; propterea à omnino veterem hominem exuere, nouum induere oportet. Motus enim omnes, atque impetus animi, quibus impellimur, ut nos, ac nostra spectemus; ut ad rem quampliam mortalem, &

cadū.

caducam adhærescamus; ut dinini obsequij puritas, ac libertas retardetur; ut minus prompti, & vigiles simus ad Dei voluntatem; hac, inquam, omnia veteris hominis vitia sunt. Quocirca renouatio posita erit in primis illis propositis, ac seruoribus reuocandis; tum vero in vetere homine, vitijsq; natura exuenda; sic prorsus, ut voluntas nostra ( quoad hæc exulum vita patitur ) perpetuò inuenatur diuinā, seque totam ad eius arbitrium, ac nutum singat; & accommodet; quicquid Deo placet, vehementer expetat; quicquid displicet, constansime respuat: omni deniq; conatu peritus hominē si ipsa desciscat: ubi factus sibi terra sterilis, & regio egestatis veterascit, atque corruptitur secundum defideria erroris: Accedat autem ad eum, qui ut nobis approfinquaret, ad nostram descendit humilitatem, ut sibi scilicet tanquam in vitali regione, in iustitia, & sanctitate veritatis; quasi aquila renouetur iuuentus nostra. Itaq; alacriter progrediamur quotidie, ut nūc

## EPISTOLA

primum iter ingredi videamur. Quod  
 quidem nobis præcipit, dum de se profi-  
 tetur. Apostolus quæ retrò sunt, obliuiscen-  
 cens; ad ea, qua sunt priora, extendens  
 meipsum, ad destinatum persequor bra-  
 uium supernæ vocationis. Nam ( ut ad  
 eum locum notat D. Chrysostomus ) qui  
 tantum sibi processisse videtur in sta-  
 dio, ut iam ad calcem se peruenisse ar-  
 bitretur, de cursu utiq; consistit; at qui  
 etiamnum à meta abesse se cogitat, de-  
 currere neutiquam desistit. Idem igitur  
 faciendum est nobis, et si maximos in  
 virtute progressus habeamus. Etenim  
 si Paulus ipse ( inquit ille ) sexcentis  
 mortibus, periculisq; perfunctus, ita de  
 se ipso sentiebat; profectò multò magis  
 conuenit, nos sentire de nobis. Et nimirū  
 hac demum ratione sanctorum virtu-  
 tum species conservatur, ac nitor. Quip-  
 pe animus noster ( inquit Gregorius ) dū  
 igne amoris exequitur, semper in se  
 seruat charitatem pulchritudinis quo-  
 tidiana innouatione seruoris. Nescit  
 enim mens per corporem veterascere,

qua

Philip.  
3.

Hō. 12.

Lib. 22.  
moral.  
c. 2.

qua studet per desiderium semper inchoare. Hinc namque per Paulum dicitur: Renouamini spiritu mentis vestrae. Hinc Psalmista, qui ad perfectionis iā culmen peruererat, quasi inchoans dicebat, *Dixi, nunc cœpi: quia si lassescere ab inchoatis bonis volumus, valde necesse est, ut inchoarenos quotidie credamus.* Hęc Gregorius. Id verò quanti interfit, Magnus Antonius declarauit, qui (ut in eius vita B. Athanasius refert) fratrum cœtu aliquod ab eo vita praeceptum efflagitante, ita sermonem exorsus est, *Hoc sit primum curētis in commune mandatum, Nullum in arrepti propositi vigore lassescere, sed quasi incipientem augere semper debe- re, quod cœperit.* Idq; cum fæpe alias suis irculauit, tūm verò extremo in spiritu, quasi testamento legauit his verbis: *Ego quidem filioli, secundum eloquias scripturarum, Patrum gradior viam; iam enim Dominus me inuitat: iam cupio videre cœlestia. Sed vos, o viscera mea, admoneo; ne tanti tem-*

poris

poris laborem repente perdatis; hodie vos religiosum studium arripuisse arbitramini, & cœptæ voluntatis fortitudo succrescat.

Sed quoniam nihil attinet hac in re diutius immorari; ad huiusc renouationis necessitatem veniemus. Hac autem quanti momenti sit, tribus ex capitibus ex parte intelligi poterit.

Primum (quod ad salutem, perfectionemq; nostram attinet) si attendas perfectæ vitæ consecranda obligacionem, intestinos rebellantium affectionum tumultus; externas occupationes, ac prælia, quæ solidarum, germanarumq; virtutum, quasi armorum assidue tractationem, exercitationemq; desiderant. Deinde (quod spectat ad salutem, adiumentumq; aliorum) si nomina expendas, quibus nominibus ex nostro instituto, hominibus opitulari debemus: quantum epis, ac virium ad eos à prauitate vitæ ad innocentiam, pietatemq; conuertendos requiratur; quo zelo, qua charitate, qua patientia, qua

cœle

cœlesti luce opus sit, ad idonea remedia adhibenda; qua humilitate, ne qua ex parte impediatur id, quod per nos Deus efficere molitur: qua prudentia, ne in adiumento alijs afferendo, ipsi detrimentum accipiamus. Denique ( si res ipsa spectetur ) quia facile admodum ( authore D. Gregorio ) fervor hic mentis, ac studium virtutis refriescit, atq; inquietascit. A fervore enim mentis, inquit, vel inter spirituales inimicos, vel inter carnales quosq; proximos, ipso aliquo modo viuendi usus vetexascimus, & assumpta nouitatis speciem fuscamus. Quò fit, ut nihil religioso viro tam suspectum esse debeat ( nihil enim aequa periculum ) quam si in se studium procedendi in virtute, & perfectæ vite persequendæ frigescerentiat. Etenime ares non modo facit, ut lentè gradianur, aut potius confistamus, & ad speciem dumtaxut, usurpationemq; consuetudinis nostra munera obeamus; verum etiam assidue, tanquam tinea quedam, vi-

---

res,

---

res, roburq; nostrum sensim sine sensu corrodit. Itaq; idem nobis quod tigno cariosoru venit, quod et si integrum videtur extrinsecus, tamen pondere imposito fraugitur, & casu ipso ostendit, quid antea vitij lateret interius. Eius autem, qui ita affectus est, & mæror mærore cumulatur, & vita, ac salus periculis magnis exponitur. Ita fortes olim, ac robusti debilitantur paulatim, atq; franguntur: Lapidès enim (ut ait scriptura) excavant aquæ, & alluvione paulatim terra consumuntur. Nam re vera perpetuò eritendum, & tanquam aduerso flumine progrediendum est ei, qui retrò rapinolit, ac regredi. Fortasse enim D. Petrus idcirco Dominum negavit, quod sequebatur eum à longè. Neque vero existimandum est (ut ait D. Bernardus) cum ruina alicuius cernuntur, tum incipere damnum: sed quia comederunt alieni robur eius, & ignorauit. Ob eam causam ita nos Spiritus Sæctus admonet, in pigritys humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuum

per

perstillabit domus. Nam ut disturbare domum nemo conetur, tamen si imber paulatim tegulas persuadens tigna putrefecerit; profecto unius pigritiae vitio tectum corruet, & inutiles reddentur ad habitandum, quamvis amplæ ades, atq; magnifica. Hinc odiosus ille tempor, qui Deo (ut ipse in Apocalypsi denunciat) naufragium mouet, ac vomitum. Quem quidē locum Daniel Abbas apud Cassianum in sua collatione bifice verbis explanat, qua mirificè rem ante oculos constituant; Nec immerito eos Dominus, quos iam in visceribus receperat charitatis, noxiè tepefactos, cum quadam convulsione pectoris sui suomendos esse pronunciat: qui cum salutarem quodam modo ei potuissent præbere substātiam, auelli ab eius visceribus maluerunt: tamò deteriores effecti illis, qui nunquam ori dominico illati sunt, cibis, quanto id, quod nausea compellente projicimus, odibilius detestamur.

Et quidem nos huius temporis causas, & multas habemus, & intestinas. Cu-

dip

## EPISTOLA

piditatem enim (quas membrorum leges  
vocat *Apostolus*) ceteraque pravae affe-  
ctiones sacrum in nobis ignem restinguere  
conatur; atque uti spiritus sanctus  
suo nos amore incendens erigit, & extol-  
lit, ita hæpestes contraria opprimunt, atque  
prosternunt. Quod si ambitio, honorisque  
cupiditas, si commodorum desiderium  
si impetus iracundia, si liuor inuidia  
animos nostros deprimunt, ac deorsum  
trahunt, & tum hoc vitium, tum illud,  
tum vniuersa nos degrauant; quem tan-  
dem ad perfectionis culmen nostræ in-  
dustria cursum fore putamus? utram  
quemadmodum hoc impedimentum pla-  
nè intelligimus, atque adeò in se quisque  
plus, minusve experimur, ita ad id remo-  
nendum oculos aliquando aperiamus.  
Nam quid ego de externis bellis, pu-  
gnisque dicam? Mitto hostem, qui pra-  
terquam quod hoc est in prælio superior,  
quod est inuisibilis, & calliditate, usu-  
que valeat plurimum, quippe quicum tot,  
tantisque viris depugnarit, interduci  
victor è pugna discesserit; ita præserea-

pollet

pollet viribus, ut existimet (quod ait Iob) quasi paleas ferrum, & quasi lignum putridum &c. Nihil diu de perpetua eius vigilantia, qua nos dies, & noctes impugnat. Nihil de pertinacia, qua nos obfidet, atque oppugnat, non unum alterum uè mensem, aut annum, sed vitam planè vniuersam. Taceo infatuable odium, quo ad eos potissimum deurandos rapitur, qui arctissimis se cum Deo vinculis deuinixerunt: ut verè, dicatur cibus eius electus. Venio ad ea, quæ tum domesticis, tum externis hostibus tela acuunt, & suppeditant.

Primum igitur, nisi nimios animi motus domitos habeas, tēque assidue in his frangendis, ac vincendis exerccas, quoties te offensurum esse censes? Quod si hac cura religiosis viris omnibus necessaria est, quanto tandem magis ijs. qui opitulando alijs in hominum cœtu, quasi in acie versantur? Nam (ut prudenter differit D. Chrysostomus) in hisce hominibus eæ belluæ (sic enim vitiosas animi affectiones appellant) pabuli mul-

to plus

tò plus habent; Superbia enim laudibus,  
& honoribus alitur, qui suapte sponte  
consequuntur concionandi munus, lite-  
rarumque, & aliarum rerum tracta-  
tionem, qua hominum oculis patent: in-  
uidia aliena existimatione, & fama in-  
flammatur: ira, si quis nobis sese oppo-  
nat. Quamobrē eiusmodi Christi milites  
necessē est gloriae cōtemptores esse glo-  
riani compressam, caterosque impotē-  
tes animi motus subactos in sua dictio-  
ne, ac potestate habere. Hi enim motus  
haud dubiè faciliū sese produnt in hoc  
mixto vita genere eorum, qui in suam,  
aliorumque salutem incumbunt, quam  
in simplici illa vita ratione eorum, qui  
sua perfectione contenti sibi vacant, &  
Deo. Quare idem Chrysostomus eodem  
loco, ut ignis, inquit, metalla probat,  
Cleri exacta probatio mortalium ani-  
mos secernit, atque internoscit. Ac si-  
quis est vel iracundus, vel pusillani-  
mis, vel gloriae appetens, vel arrogans,  
vel alio quouis morbo obsessus, id om-  
ne detegit, ac latentes statim morbos

nudat.

nudat. Iam si occupationes aßiduaæ ( vt Bernardus tradit ) sibi hominem quodammodo furantur , facile apparet, quām sit mentis renouatio ad nosmet ipsos tuendos , conservandos q̄ue necessaria. Nam quod ad iuuandos alios attinet, pauca illa capita , quæ supra exposuimus , attigisse satis est. Illud tamen non prætermittam, quod in mentibus, ac visceribus nostris hæc summopere exopto. Qui in hominum animis ad bonam frugem renouandis versantur , horum ut virtutis ardor , atque impetus maius omniū opinione momentū habet ; ita langorem contrā, ac vitia longè maximo esse detrimento. Idq; non idcirco solum, quia factis improbat, quod verbis docent, & altera manu ( vt ait Nazianzenus ) animas aduocare videtur, altera repellere ; Verum etiā quoniā , vt nihil ob sit exemplum, minus quidem certe idoneos se Dei ministros præbent, minuscq; efficaces. Quare debet quisq; nostrū imperfēctū suum aestimare, ac lugere, non ex suo tantum vnius danno, sed

aliorum

E P I S T O L A

a iorum etiam multorum, quorum saltem impedit. Nam ut parum fermenti magnam farinæ massam in se conuerit, panemque omnem bonum efficit: ita non quantitate numeri ( ait Chrysostomus ) sed gratia spiritus vim suam iusti homines tenent. Sic enim Apostoli duodecim numero, parui instar sermoni, maximam orbis terræ massam fermentarunt. Sic omnibus atatibus in Ecclesia Dei homines, non magno numero, sed magna vi, ac virtute, quid efficerre possent, cum illustri orbis terrarum emolumento declararunt; Sic denique (domestica enim exempla non desunt) primos illos Societatis nostræ Patres, admodum paucos, industria sua fructus tulisse scimus tantos, quantos Dei beneficio ipsi videmus, ac fruimur.

Hinc profectò colligitur, commodum èquè, & incommodum, quod ex paruo fermento bono, maloue nascitur, universum in panem redundare; usque venire posse, ut alicuius è Societate virtutum, & culpa, quæ per se aliqui leuis

existi

existimaretur, conuersione tamen impeditat, salutemque multorum. Sed ut alterum hoc caput epistola concludam, vnum addam ex D. Basilio, qui illa Deuteronomij verba, ex septuaginta interpretatione versione, luculenter explicans, Attende tibi ipsi, hanc ait sententiam omnibus necessariam, omnibus temporibus, omnibus ordinibus eorum, qui Dei Ecclesia continentur. Habet enim, inquit, domus Dei viuetis, quæ Ecclesia est, venatores, viatores, architectos, edificatores, agricultas, pastores, athletas, milites; omnibus his conuenit breue hoc verbum, singulis & exactam operis obeundi cognitionem, & ad perficiendum, studium propensæ voluntatis. Ac mihi quidem hæc omnia officia, ac munera ridentur, præterquam pastoris (quāquam hoc quoque proportione quadam accommodari potest) in nostri & Societatis homines conuenire. Itaque Basilius oratione, quam propter egregiam in hoc genere doctrinam fusius exponendam censem, & nos ego hortari possum,

Hon  
in ill  
quæ  
3. in  
hom  
vari  
gu.

Grise

ere. 16

Psa.  
118.

Et se quisque vestrum ea, quæ dicuntur, attendens incitare. Venator es mis-  
 sus à Deo, ita monente, Ecce ego mitto  
 multos venatores, & venabuntur eos su-  
 per omnem montem? Attende igitur  
 magna cum diligentia, ne forte fugias  
 te præda, ut efferatos per improbitatem,  
 verbo veritatis conuictos Saluatori of-  
 feras. Viator es, ei similis, qui orabat,  
 Gressus meos dirige? Attende tibi ipse;  
 ne quæ exorbites, neu ad dexteram de-  
 flereris, aut sinistram: progrederor via  
 regia. Architectus solido, tunc in loco  
 iaciat, & collocet fidei fundamentum,  
 quod est Iesus Christus. Aedificator  
 quo pacto ædificet, videat, ut non ligna,  
 nō fœnum, neque calatum; sed aurum,  
 argentum, lapides pretiosos. Pastor es?  
 Attende, ne quid te prætereat eorum,  
 quæ ad obeundum munus istud pasto-  
 rale attinent. Hæc porrò quæ taudem  
 sunt? Palabundum pecus, & erraticum  
 conuertito: quod conquassatum est, &  
 cinctum, colligato: quod agrotum, sa-  
 nato. Agricalationismè professor? Fi-

cum,

cum, infructuosa si est, circumfodito, il-  
 liq, ingerito, qua conductura noueris ad  
 edendos fructus. Miles? collabora Eu-  
 gelio, milita bonam militiam contra spi-  
 ritus nequitiae, aduersum vitiosas car-  
 nis affectiones, induitor omnem arma-  
 turam Dei: ut probest te ei, si q, gratio-  
 sus duci tuo, qui huic te militiae ad-  
 legit: prouide, ut nullis implicere vita  
 istius negotijs, & perplexis curis. Ath-  
 leta es? Attende tibi ipfi, nequam ex  
 legibus athletico agoni prescriptis in-  
 ueniare transgressus: nam nemo corona-  
 tur, nisi qui legitimè certauerit. Imitare  
 Paulum & cursu contendentem, & in  
 palæstra colluctantem, & in agone pu-  
 gillari decertantem. Ut strenuus pugil  
 ipse habeto animæ oculū nusquam eu-  
 riantem, sed attentum, ac peruigilem.  
 Præmuni, actuere passis manibus par-  
 tes, quarum plaga lethalis sit. In aduer-  
 sarium immotum oculum intendito fi-  
 xiùs. In stadiario cursu, qui tibi præcur-  
 runt, in eos te extendens fac affequaris;  
 sic currite, ut prenertas. In luctamine,

repn

repugna inuisibilibus adueſarijs. Per  
vitæ iſtius periculum, talis ut perseue-  
res hæc facit ſententia, nimirum animo  
ut ſis non ſupino, aut concidente, ſed  
arrecto, non dormituriſti, ſed per uigili-  
ac ſobrio; quiq; multa cum vigilantia  
præſens fit, & norit ſibi præffe. cupiē-  
tem me ſingula percenſere hic deficiet  
dies, hæc ille. Atq; hæc, quæ dicta ſunt  
de ritæ mixta difficultate, de virtutis  
absolutione, quam illa deſiderat, deq;  
alijs rebus eiufmodi, quas aut ſan-  
ctorum virorum authoritas, aut uſus  
ipſe nos docet, hæc, inquam, omnia ad  
excitandoſ animos noſtres, & ad eam  
quæ in nobis requiriſtur, vigilantiam  
valent vel plurimum: Sed videndum  
eft, ne forte contra quām oportet, aut  
languorem cuipiam affrant, quō minus  
ad perfectæ vitæ culmen aſpiret; aut ſic  
aliquem afficiant, uti tam præclaram  
vitæ rationem minus dulcem, minusq;  
expetendam putet. Sane tantam rei  
præſtantiam qui intuetur, non potest non  
magno pere eam ſuſpicere; quiſquis au-

tein

tem bene de nostro instituto sentit<sup>1</sup>, hu-  
iusmodi cogitatione vehementer impel-  
litur. Et scilicet qui prescriptis à Socie-  
tate remedij utitur accurate, magni-  
tudinem animi incredibilem Dei bene-  
ficio, ac munere experitur ad quam-  
cumq<sup>3</sup> rem suscipiendam; planeq<sup>3</sup> videt,  
per difficile non esse, quod antea fieri  
nullo modo posse iudicabat.

Restat, ut ad ea, quae valent ad re-  
nouationem (quod erat ex ijs, quae pro-  
posuimus, extremum) aliquando venia-  
mus. Primum igitur eius, quam exposui,  
necessitatis cogitatio ad eam rem val-  
de conducet: eoq<sup>3</sup>, etiam magis, quod et si  
vita nostra terris superior, altiorq<sup>3</sup> esse  
debeat (in carne enim ambulantes non  
secundum carnem militamus, sed no-  
stra conuersatio in cœlis est) debemus  
tamen necessariò prædæ capienda cau-  
sa inter communis vitæ homines versa-  
ri, eroumq<sup>3</sup> vita non levia solum, sed  
etiam grauia interdum cognoscere. In  
quo periculum est (ut D. Basilius mo-  
net) ne quis se cum alijs longè deterio-

ribus comparans, quodammodo sibi de virtute blandiatur, progressum videlicet suum metiendo, non tam spatio eius, quod restat, itineris, quam inter mallo, quo alios post se reliquit. Et verò sic natura à comparatum est, ut oculos libenter convertamus ad ea, que nos detestam; auertamus ab ijs, que offendere aliquo modo possunt: atque uti facta progressiones, bonorumq; partorum cogitatio voluptatem ita distantia cōtra, inopiaq; nostræ consideratio molestiam pariat. Idq; hoc etiam magis, quod ille nos respectus ad quietem invitat, hic incitat ad laborem. Nimirum ut viatores, ubi rēdere eos itineris cœpit, respicere solent, quantum via confecerint; ita nos simul ac virtutis ardor extingui, & industria frangi coepit est, de cui sum spatiū respiciētes, facile nos ipsos conferamus cum ijs, quos aut in voluptatis consumptis, apses, aut in auritiae dimicis hastantes, aut ambitioni, & honoris misere servientes in faciliu-  
m reliquimus. Quamabrem metam per-

tuo ante oculos prepositam bacche co-  
 uenit, & quā longe ab illa etiamnum  
 abstimus sedutò vidore; ut, scilicet co-  
 ram Deo, in clarissima eius tue, recte  
 facta, bonaq; nostra omnia diuinæ ve-  
 ritatis statim exanimemus: quid sortis  
 demum, ac rei familiaris domi nostre  
 sit, intelligamus: atque hac ratione scia-  
 mas, quid nobis de sit. Ac mihi credite,  
 permagni interest, quotidiano, ac pecu-  
 liari vitæ examine uti diligenter, ut  
 tecum te ipse conferas, & tāquam pru-  
 dens, & industrius pater familias, cu-  
 stosq; domus tue, non modo ad fures ar-  
 cendos ad vigiles, sed & luctores omnia:  
 quid ad domesticas rerum necessaria-  
 rum præsiones de sit, præspicias. Hoc  
 nimicum illud est, quod Salomon de sa-  
 piente illa, ac prouida muliere, Ecce-  
 siam, atque in eamq; nostrum ani-  
 manum describens, mebas in Proverbiis,  
 Considera et semitas domus suas, Expa-  
 nemotis famam eam dicit: & propterea an-  
 te; Quenfuit haec uergetinus, & opera-  
 ta est confusa membra suarum: facta

E P I S T O L A

cst quas in natis institoris, de longe portans panem suum: De nocte surrexit, deditq; prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis.

Deinde ad eam, quam dixi, vita renouationem magno erit adiumento diuinorum beneficiorum meditatio, nominumq; innumerabilium, quibus Deo inservire debemus: simulq; illa cogitatio, quam in quodam sermone D. Chrysostomus exponit: Nihil bonificere, nihil aliud esse, quam facere aliquid mali, quippe cum nostro officio desimus, & prætermittamus id, quod nostri instituti professio postulat. Exempli causa, inquit ille, si seruum habeas non rapacem, non ebriosum, non contumacem, sed sobrium, moderatum, vitij omnis experientem, idem tamen totos dies si domi se deat otiosus, omittatq; ea, que ad suum munus attineant, nonne grauiter vapulabit? At qui nihil maleficij commisit sed satis maleficij est, munus, officiumq; suum neglexisse. Quid? agricola, quæceteris quidem in rebus vacet culpa

sed

sed domi defideat, non serat, non aret,  
 non vites colat, nonne is quoque vapu-  
 labit? At nihil iniuriae intulit, nihil  
 damni: verum cessationem ipsam, in-  
 iuriam, damnunque ducimus. Atque  
 etiam in ipso corpore, si manus ita affe-  
 cta sit, ut non linguam quidem illa p̄ ges-  
 cindat, non oculos eruat, nihil denique  
 detrimenti afferat, sed desidiosa cesseret,  
 reliqua corpori nullo modo inferuiat;  
 quis non istiusmodi manum inutilem,  
 & præscindendam potius, quam reti-  
 nedam putet? Eodem pacto, ait ille, non  
 modò aliquid fecisse mali; verum etiā  
 aliquid omisſe boni, magna compro-  
 batur iniuria. Porrò diuinis in rebus id  
 ipsum multò magis appareat. Atque  
 haud scio, an ob eam causam Deus per  
 Prophetæ personam queratur, Retri-  
 buebant mihi mala pro bonis, sterilita-  
 tem animæ meæ: quod scilicet terratam  
 sedulò exulta, tot diuinorum benefi-  
 ciorum imbribus irrigata, tot solis iu-  
 sticiæ radūs tepefacta, si vberes fructus  
 non ferat, mala retribuat pro bonis ei,

Psa. 34

E P I S T O L A

qui tot illam benedictionibus dulcedi-  
nis præuenit. Evidem, Paires, Fra-  
tresq; charissimi, nescio, qui frat, &  
tantorum beneficiorum consideratione  
tantoq; divini ergo nos amoris astu-  
non animorum nostrorum glacies (ut it.  
dicam) penitus liquefiat. Quis fieri pos-  
sit, ut quatuor illa nomina, quæ nos Dei  
debiiores constituant, à D. Bernardi  
quodam sermone breviter expensa, co-  
siderates, satisfactionem videlicet pec-  
catorum, quæ sempiternis erant suppli-  
cijs vindicanda; creationem, atque con-  
servationem, quo nomine, quod sumus  
quod vivimus, Dei sumus; divini san-  
guinis pro nobis profusionem; densa qui  
missionem intercedis, ac beatitudini  
aeternæ, nescio, inquam, quæ eueniait, vi-  
qui hac secum reputant, non se & gra-  
tiores, & liberaliores præbeant ei, cum  
se totos omnibus nominibus debet. Quis  
enim multa pertulisse, multumq; labo-  
rasse sibi videbitur, si sempiternas in-  
ferorum paenas obierit animo, quas  
millies meritus est? Quis queri poterit,

4.bene-  
ficia.

ab

ab se nimium postulari, cum cor postulatur, si meminerit sese & naturae, & conseruationis iure totum eius esse, cui se tradidit? Quis aliquid dare se existimabit, cum vitam reddet Deo suo, qui eam antea sua causa profudit? Et certè nec eius vitæ pretium, nec obligationis ratio; qua nobis teneretur, nec illorum conditio, pro quibus illam profudit, ullam in hac re comparationem admittit. Etenim si vitam Dei causa ponimus, suum illi reddimus; facimus id pro eo, qui tot modis meritus est, ut faceremus; vitam denique ponimus pro eo, qui posuit antè pro nobis. Ille contra Deus, ac dominus sanguinem, ac vitam dedit, non modo pro vermiculis, quibus nihil omnino deberet; sed pro seruis, pro sceleratis, pro inimicis; quod nimisum Apostolus (ut scitis) tantopere exaggebat. Quis porrò charius ducet pretium momentaneum, & leue, quo supra modum in sublimitate æternum gloriae produs sibi comparat, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor homi-

nis ascendit? Quæ cum ita sint, nihil  
 est, quod non pro tot immortalibus pro-  
 meritis tali, tantoq; Domino anima de-  
 beat. Itaque mentem omnem nostram,  
 cor, ossa, viscera ipsa clamare oportet,  
 Domine, quis similis tibi? eiusque lau-  
 dem, ac predicationem in nostro semper  
 ore versari. Nempe hoc frānū est illud,  
 quod se hominum generi Deus inieclu-  
 rū Isaiae ore confirmat, Laude mea in-  
 frānabote, ne intereas. Dulce verò frā-  
 num, ac suauę, quo, nisi forte retrahant-  
 tes sumus, & effrenati, nullo negotio  
 flecti, reflectiq; possumus ad nutum, &  
 arbitrium regentis Dei. Ac sanè si ani-  
 mus noster sui adhuc iuris manet, nec  
 totum se Domino dedit, ac tradit; meritò  
 sterilis dici potest, qui mala retribuat  
 pro tot, ac tantis bonis. Quò mihi specta-  
 re videtur Deus, cum apud Isaiam ex-  
 clamat; Propter iniquitatem auaritia  
 eius iratus sum, ac percussi eum; Ab-  
 scondi faciem meam, & indignatus  
 sum; & abiit vagus in via cordis sui.  
 Neque enim qualiscanq; auaritia est;

sed

sed incredibilis quadam auaritia ini-  
 quitas, si neges te ei, cui debes omnia.  
 Atque istiusmodi hominibus iure ac-  
 cedit interdum, ut Deus abscondat fa-  
 ciem suam ab eis, & abeant vagi in via  
 cordis sui. Quæ quidem est pœna longè  
 grauiſſima. Id adeò multò magis in nos  
 conuenit, qui nos totos noua quadam vo-  
 luntate consecrauimus Deo, & per vo-  
 ta quasi holocaustum immolauimus; In  
 quo ille holocausto grauiſſimè fert sur-  
 ripi sibi aliquid ex eo, quod fuerat con-  
 secratum. Huc enim etiam diuinam il-  
 lam vocem deriuare possumus; Ego Do-  
 minus diligens iudicium, & odio habēs  
 rapinam in holocausto. Nos verò steri-  
 les, & ingratierimus, si nostra in Deum  
 officia exiliter ad calculos reuocabi-  
 mus, quasi verentes, ne maior datorum  
 ratio sit, quam acceptorum; si diuini ob-  
 sequij annos, si susceplos labores, si præ-  
 sentem disciplinam, si emolumenta à  
 nobis in proximos profecta numerabi-  
 mus, ac pendemus. Hec enim omnia no-  
 na beneficia sunt, quibus etiam arctius

## EPISTOLA

er. 83.  
I cant.

la. 6..

deuincimur: Quare B. Bernardus negat, animam nostram amori cœlestis sponsi munuore respodere ullo modo posse. Nam & cum se totam, inquit, effuderit in amorem, quantum est hoc ad illius fontis perenne profluvium? Quo circa permagni mibi ponderis videtur quadam D. Chrysostomi sententia, qui illam Isaiae visionem tractans, vidi Dominum, & quae sequuntur; ait, Seraphinos alis non ora solum tegere, quod intelligentia obtutum figere in summa illa luce nequeant; sed pedes contegere, quod reuerentiae amorisq; sui exiguitatem erubescat; qui non pro eius dignitate procreatorem suum diligant, neque tanta eius charitate flagret, quantum præcellentissima illa natura postularet. Quod si Seraphini ipsi beatorum spirituum principes, qui à diuini amoris ardore nomen inuenerunt, minus ab se, quam par esset, amari Deum erubescunt; cuius tandem amoris, & impudentia erit homuncio, si in animum inducat suum, se Dei causa plus aquo laborare? Vel hac animi

indu

inductio efficere deberet, ut de nobis ipfis quam demississimè sentiremus; quippe clarissimum signum per exigua, vel diuinorum meritorum erga nos cognitionis, vel nostræ in Deum benevolentia; Animus .n. diuina charitate ardens non contrahit se, in angustumque reducit, sed in dies auge scens pro amoris accessione dilatat sese, & immensam, interminatamq; abyssi magnitudinem in Deo nanciscitur; ubi infinite se in omnes partes effundat; & si dederit omnem substantiam domus sua pro dilectione, quasi nihilum despiciet eā.

Iam verò illud quoque proderit in primis, breuem fibi quæcumque huius vita circumscribere & simul meminisse, quod perfectionis, & gratiæ diuina non compararis in vita, id re comparaturum esse nunquam. Vitam autem ipsum (ut D. Greg. Nazianzenus tradit) esse quasi mercatum, cuius dies cum abierit tempus amplius non sit emendi, quæ vetis. Hinc illæ sapientis admonitio. Quidenque poterit facere manus

Cant. 8.

In sent.

Eccl. 9.

tua,

phe.5.

tua, instanter operare; quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia sunt apud inferos, quò tu properas. Itemque  
*Apostolus nos monet, vt cautè ambulemus, non quasi insipientes, sed vt sapiētes, redimentes tempus; hoc est, occasio-*  
*nem negotiandi; significans videlicet, quemadmodum mercator pecuniae non*  
*parcit, vt emat, redimatūe quod ada-*  
*mavit; ita nos nulli labori parcere oportere, ne merendi occasio elabatur, quo-*  
*niam dies mali sunt. Ita fiet, vt neque*  
*laborum breuitas gratias videatur, neq;*  
*vllum punctum temporis lucro vacuum*  
*præterire patiamur. Constat in gratia in*  
*hac vita parte gloriam in aeterna illa*  
*vita, & felicitatem proportione respon-*  
*suram, vt ne minimum quidem lucrum*  
*paruifaciendum sit, cui tanta mercedis*  
*accessio sit proposita. Ita quò minus a-*  
*beris à meta, eò magis properabis, & quò*  
*magis accedes ad præmium, eò plus ani-*  
*mi accedet, ac virium. Illud etiam sum-*  
*ma ope vitabitur, ne idem cursui nostro*  
*accidat, quòd violentis motibus solet;*

qui

qui ab externa vi, atque impulsu profecti, processu paulatim remittuntur, ac languent; sed contra nos ab insita vi, ac virtute acti, hoc est, ab inhabitante spiritu sancto (Quicunque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei) tanto concitatori cursu rapiamur, quanto viderimus appropinquantem finem.

Hinc ultimum, idemque presentissimum remedium peti licet, ut manum operi adinouemus, & in rebus, quibus caremus, comparandis omnem operam collocemus. Id enim demum est (ut D. Greg. placet) non modo cor, sed etiam manus, (quod Hieremias monuit) ad Deum tollere. Nam qui ad solidas virtutes parandas satis esse unam voluntatem arbitratur, is perfecto vehemente errat. Quodlibet D. Basil. docet, in solitaria vita, & plus periculi esse, & minus ad necessarias virtutes parandas facultatis, ait: Neque eum suæ humilitatis documentum dare posse, qui neminem habeat, cui subiiciat se, ac submittat, nec mansuetudinis, qui cum mortali nullo versetur, nec

pa

E P I S T O L A

parietia, qui nullum omnino habeat suis  
voluntatibus aduersantē. Ad extremū  
illud adiungit, Si quis autem ad cōponē-  
dum, moderandumue animum, sacrarum  
literarū precepta, doctrinā, meditatio-  
nēm satis esse ducis; similiter facit,  
ut si quis disceret adificare, neque un-  
quam tamen adificares; disceret ascu-  
dere, & tamen quæ didicisset, nunquā  
in actum educret. Atque usū docti-  
scimus, non nisi faciendo artes addisci.  
Quæ tamen ipsæ in externa tantum ma-  
teria cum versentur, nihil admodum  
habent repugnantia: Neque enim Ar-  
chitecti, neque carerorum artificum  
conatibus aperis materia reluctatur: At  
nostra hac Philosophia, qua in interio-  
ribus animi motibus perdomandis occu-  
pata est; difficultates habet, & impedi-  
menta, nec minima, & plurimas ut enim  
in quadrando lapide difficultatis ali-  
quid, ac negotijs suorū, quadratus certè  
ad rudiē illato affermatem nequicquam  
redire; at effiratos animi motus, quamvis  
edomitos, ad ingenium tam non redire si-

pius

pius experimur. Et verò si in virtute, ac pietate quotidie angenda sedata à nobis opera poneretur, ad maiora quotidie tua aditus patet fieret; præsertim cum in hac quoque genere sua sponte lucrum vel minimū (ut Chrysostomus monet) animos faciat, & ad lucrum maius allicit. Id quod cerni licet, inquit, in pecunia, & mercibus. Lucrum enim, exempli gratia, unius, & alterius aurei nummi animum addit lucrandi decem., aut etiam viginti. Videntes etiam locupletes, quibus plus & ambi sit, & animi, facilius ad maximas pecunias peruenire, quam pauperes locupletari. Quare in eam curam incumbendum est, ut obligatas lucri occasiones né dimitamus: quandoquidem qualemcumq[ue] incrementū animos nobis, ac vires addit ad maiora. Nec verò illas modo virtutes, qua defunt, pareri, vorum: etiā quae sūt, perfici oportet, tam gradu, quam etiam firmare. Quia de re D. Gregorius ad illa verba Job præclarè differit: Per singulos gradus nos pronuntiabo illum: Librū

## E P I S T O L A

ob. 31.

autem dicit illum, quem humeris ferre,  
& corona instar capiti imponere gestie-  
bat, significans, sacras literas factis ex-  
pressas coronam parere nobis victoriae.  
Ita Christus dominus noster (ut notat D.  
Greg.) terram dixit animæ nostræ, ubi  
diuini verbi semen iactum sit, fructifi-  
care primum herbam, deinde spicam,  
deinde plenum frumentum in spica. Hoc  
vriique studium in eo, qui ad perfectam  
vitam, cumulatamq; contendit, vigere  
opus est, & ad hoc quoq; ipsum quoti-  
dianum examen referendum est. Ceterum  
haec remedia libet eadē sententia clan-  
dere, quam D. idem Gregorius ea loco po-  
suit, quem supra indicaui: cum docerem,  
mentis nostræ feruorem paulatim vete-  
rascere. Ibi igitur hac ille subiicit, A-  
qua tamen vetustate. si studio perfectio-  
nis inuigilemus, orando, legendo, bene vi-  
uendo renouamur: quia vita nostra dum  
lacrymis lanatur, bonis operibus exer-  
cetur, sanctis meditationibus tenditur,  
ad nouitatem suam sine cessatione re-  
paratur. Ac ne longior sim, illa nos po-

tissi

issimum cogitatio adiuuabit, Actiones nostras fere initio feruidiores esse, sed tempore procedente refrigerescere. Idcirco enim (ut docet Chrysostomus) Spiritus sanctus Davidis ore nos admonet, in fine ne corrumpas: quoniam tum vigilancia desideratur, ut eum maxime. Quippe in actionis ingressu cum vires anima integrasunt, nemo quantumvis piger non multum adhibet studij, ac diligentiae. At in progressione, & scilicet in extremo hac admonitio necessaria est, In fine ne corrumpas. Idque hoc etiam magis, quod eo praecipue tempore Diabolus omni ope, atque opera nos bonis omnibus conatur euertere. Ut predones inquit ille, non soluentem è portu nauim inanem, & merces aliunde retentem inuadunt, sed onustam in reditu obseruant, atque diripiunt: ita diabolus vbi cōplures virtutes magno studio collegeris, tum verò in te, quasi in onustā mercibus nauim, impetu facit. In quo quidē illius preda non solū magna est, quod de nostris bonis prædatur: sed etiā

quod

Hom. 3.  
in ver.  
Isa. vidi  
Domin.  
Psa. 74.

E.P I S T O L A

quod offendit nostra ad direptionem  
valet aliorum, qui nostro exemplo in  
fraudem, ac pernitie inducuntur. Quare  
omnino humilitatis praesidio recti sem-  
per sumus necesse est. Nihil enim (qua  
naturae nostra est infirmitas) superbia,  
elationemq; animi (nisi vigilanza com-  
primatur) aequi gignit, atque innocen-  
tia, ac recte factorum conscientia, &  
industria fructus ex malorum conuer-  
sione perceptus: ut recte Dominus ita  
principiat, cum omnia feceritis, dicite,  
serui inutiles sumus. Hoc adminiculo  
cazens Ozias corruit. Nempe cui sacre  
litera testimonium dederant sanctita-  
tis, quod recte fecisset in conspectu Do-  
mini. Verum is per superbiam sacerdo-  
tale sibi munus adsciscere conatus, te-  
rrimam in lepram incurrit. At Moses  
(id quod obseruauit Theodoreetus) non  
prius tanta hominum multitudinis dux-  
est creatus a Deo, quam dextram illam,  
qua mare diuisura, & quares admir-  
andas editura esset, insertam in finum  
suum, leprosam animaduerterit. Nimi-

LUC. 17.

2. Para.  
26.

Q. 10. in  
Exo.

rum

rum ut homines in meditationis sanquā  
 sanguis intelligant, quid ipsi per se sint,  
 quid munere, ac beneficio Dei: atque illud  
 liquidō profiteantur, dextera Domini  
 fecit virtatem. Ita demum vera,  
 germanaq; humilitate nixi, in vita no-  
 stra renouanda perpetuā versabimur,  
 & habentes in nobis ipsis. & non in al-  
 tero gloriam nostram, id est, testimoni-  
 um bonae conscientia, quamibil spe-  
 ctat aliud prater diuinam gloriam, di-  
 cemus cum sancto Iob; Gloria mea semper  
 per innomabitur, & arcus meus in manu  
 mea instaurabitur. Ut videlicet partim  
 hoc conscientia testimonium nostra per-  
 fectionis studio, partim zelum salutis  
 animalium studiose curantes, arcum sa-  
 gitasq; nostra & militiae instauremus, tā-  
 quam veri germaniq; filij excusorum,  
 ut animas divini amoris telis sauciatae  
 mundo mortuas Christo Domino manci-  
 penus. Neque vero vitijs, quae in nobis  
 cernimus (dummodo de hac arcus, &  
 gloria renouatione, quam dixi, labo-  
 remus) deterreri à suscepto consilio,

Iob. 26.

sed

sed potius vocationis nostra gratia freti,  
 animos, viresq; renouare debemus, &  
 nos ipsi iucundissima illa, quæ apud  
 Zachariam est, Domini voce consolari,  
 12.  
 In illa die ponam duces Iuda sicut ca-  
 minum ignis in lignis, & sicut facem  
 ignis in fœno, & deuorabunt ad dexte-  
 ram, & ad sinistram omnes populos in  
 circuitu. Et quoniam hæc sunt eiusmodi,  
 ut nostras vires longè, multumq; supe-  
 rent, accipite, unde animi nobis, ac vires  
 addantur: In illa die proteget Dñs ba-  
 bitatores Hierusalē. Magnus vero patro-  
 nus, ac potens: sed quid tandem ab eo opis  
 afferetur? & erit, qui offenderit ex eis  
 in die illa quasi David, dextera Dñi fa-  
 ciet virtutē. Ut scilicet claudus, qui pas-  
 sim offendebat, robore alter David exi-  
 stat, usque eō fortis, ut funda, & lapide  
 carnem illam turrim. (sic enim Phili-  
 stæū appellat Chrysostomus) nullo nego-  
 tio deiiciat, suo illū gladio obtrūcet, vi-  
 ctoria, ac letitiā populo pariat uniuerso.  
 Atque ut reparatoribus animis, stu-  
 diisq; ardenteribus in mentis instan-

ratio

rationem incumbamus, Gregorius xiiij.  
 Pont. Max. pro sua paterna in filios omnes charitate, & egregia hæretieorum, ethnicorumq; in Ecclesiæ ouile cogendorum voluntate; partim cupiditate impulsus videndi in Societate nostra nouum in dies splendoris incrementum, nouosq; fructus nostrorum opera colligendi, atq; in primis tantam hominum multitudinem, quæ extra Ecclesiæ arcam obruitur, conseruandi; partim etiam nostri precibus adductus, occasione ianuae, quam initio dixi, in Iapone patesfacta, bis inquam, de causis Pontifex indulgentiam plenariam, Iubilæumq; amplissimum omnibus Societatis hominibus largitur, quicunq; sacra confessione, & communione facta, nominatim pro illorum populoru ad Ecclesiam traductione Deū erunt deprecati. Quo quidem tam praestanti munere, vt cum certa, stabiliq; animoru nostrorum utilitate, & illustri, atq; insigni illius nationis emotumento perfruamur, cohortor oēsinDño, vt quod cōmodo cuiusq; ex prescripto Superiorū

fieri

## E P I S T O L A

fieri poterit) in Exercitijs spiritualibus dies aliquot ponant seque ad sinceras, animosamq; confessionem compagent; generalem scilicet, aut superiorum dūtaxat mensum, initio ab ultima facta (ut statim temporibus fieri ex Constitutionibus nostris solet) aut etiam vitæ totius in Societate actæ, ut cuique commodum erit. Ex quo nouam omnes vitam novo animi ardore instituant; sic prorsus, ut re ipsa cuiusque appareat instantatio, tum in perfectione suastim in zelo animarum. Et quoniam etiam perfecti viri aliquid semper habent, quod renouent, & in quo crescant; neque satis est hac, aut alia quam occasione interdum hoc cogitationem, conacumq; conferre; vos vehementer etiam atque etiam hortor, ut animum ad eius modi exercitationes spirituales identidem refractis, præcipue vero post operam aliquantum in missionibus, alijsque Societatis muneribus collocatam. Ut nimirum cogitemus vias nostras; & quò maiore deinde animo ac viribus ad opus ve-

dea

leamus, interquiescamus interdum, ac  
 espiaremus; Ita demum quisq; nostrum  
 llam verè Prophetæ vocem usurpabit,  
 s meum aperui, & atraxi spiritum.  
 Illud enim & vñus ipse docet, & Socie-  
 atis nostræ parens Ignatius censuit, ac  
 ne adeò in Epistola quadam testatum  
 eliquit, eiusmodi meditationes ( quas  
 Ille arma spiritualia in Constitutionibus  
 ppebat) non modò ad cuiusq; nostrum,  
 ed etiam ad aliorum incolumentem, ac  
 ilutem maximo esse præsidio. Hinc  
 orrò magna Dei cum gloria fieri ut om-  
 es, qui ruderint nostros, cognoscant il-  
 lis, quia isti sunt semen, cui benedixit  
 dominus. Quam ille benedictionem pro-  
 za immensa benignitate confirmet,  
 erpetuoque adaugeat in nobis, ut quos  
 r ipso vita genere, & purgandi, illu-  
 minandique alios munere, Angelorum  
 quorum festum. solemnemq; diem hac  
 ice celebramus) in hac exilio socios es-  
 voluit, his beneficium suam stabilitat,  
 & cumulet in patria: ubi vna cum bea-  
 sis illis spiritibus misericordias Domi-

P. 118.

P. 4. C. 8.

6.5.

ni in

EPIST. DE RENOV. SPIRIT.

ni in aeternum cantetis; & simul cum alijs compluribus eodem per vos inductis,  
ante thronum Dei, & Agni concinatis,  
Redemisti nos Domine Deus in sanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione; & fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes; & regnabimus in aeternum. Amen. Roma

3. Kal. Octobris, anno post  
Christum natum.

1583.

Omnium in Christo seruus,

CLAVDIUS AQVAVIVA.



EPIS

EPISTOLA  
R. P. N. GENERALIS  
CLAVDII AQUAVIVÆ

Ad Patres, & Fratres Societatis, de  
Studio perfectionis, & Cha-  
ritate fraterna.



*I*munifici dona lar-  
gitoris, cuius bene-  
ficio vitam, & eam,  
quæ natura nobis in-  
est, & longè diui-  
niorē alteram ade-  
pti sumus, primigeniam apud nos digni-  
tatem suam perpetuò retinerent: & si  
nos, arborum inſtar, ad vitalis fluuij,  
qui cœlestem lœtificat Hierusalem, pa-  
triam nostram, decursum consiti, & ab  
æstu quām longissimè, geluq; semoti, pe-  
rennem illam irrigationem, & sempiternam  
velut patrij soli, cœliq; sereni-  
tatem hauriremus: nihil attineret tam  
grauem nos, & quotidianam in rebus  
nostris, quæ pene in horas dilapsæ fu-  
unt, aut syluescunt, dijudicandis, &

C

prout opus fuerit, repurgādis, nouandis,  
 & alio, atque alio apparatu tuendis,  
 operam collocare. Iam verò cùm perpe-  
 tua, atque infesta mortalis corporis pu-  
 gna grauemur, & sarcina; cumq; quasi  
 stirpes quedam in fiticuloso saltus  
 transpositæ peregrina, aduersaq; gleba  
 conflictemur, mirum nemini videatur, si  
 necesse sit iugem adhibere solertiam, ac  
 velut artem, quæ nos excolat, erigat, ob-  
 tegat, adminiculetur; & adiumenta cō-  
 quirere, quæ ad omnem nobis incolumi-  
 tatem, atque incrementa præsidio sint:  
 non secus atque teneriores quedam, atq;  
 opere topiario eleganter intextæ, aureo-  
 rum malorum arbustulæ, si frigidore  
 cœli plaga, ac perpetuis vexentur niui-  
 bus, singularem cultoris vigilatiam, la-  
 borumq; contentionem desiderant, vt  
 natuam vim suam, & pulchritudinem  
 tueantur. Cum præsertim etiam postquā  
 religioni nomen dedimus, non raro reli-  
 quum fiat in nobis veterum semen ali-  
 quod errorum, ac velut anteactæ vita  
 lolium: praterquam quòd in ea, quæ au-

Neces-  
 sarium  
 esse stu-  
 dium ad  
 perfec-  
 tionē.

spicato

spicato cœpta sunt, transuersa soleat incurrere parum constans naturæ nostri conditio, quæ quantis ponderibus a peiora ferè nos deprimit, tanto maiori bus vigilijs, & quasi lacertis est obnittendum. Ea de re cum verba facere D. Gregorius Nazianzenus, exponeretq; cœlestedonum, quod initio diuinitus accipimus, quām agrè conseruetur, Sauli Regis pertractat exemplum; negatq; null dubitandum esse, quin per inhabitatè spiritum sanctum fuerit ille in spiritualem virum commutatus. Verum, inquit, quia non se totum spiritui præbuit, nec purè aliū in virum mutatus est, quemadmodum oraculo de ipso proditum fuerat, sed improbitatis scintilla pristinæ, malique seminis aliquid in eore stabat, eratq; in eo pugna spiritus, & corporis, notissimis illis tandem iactatus est tragedijs. Et subiicit paulò post; illud tamē hinc animaduertitur, quod tamet si gratia diuina non contingat indignis, nec omnino in malum, & ineptū instrumentum cadat (nam rectè dictum est, etiam

sap. i.

me assentiente, In animā maleuolam nō intrabit sapientia) nihilominus propter mutabilitatem habitus, ac naturae humanae, nequaquam minoris negotij sit, mea quidem sentētia, dignitatem suām, & concinnitatem seruari, quām ab initio verè aptum, concinnumqz reddi, ac dignum effici: præsertim cum ipsa gratia sæpenumero (ut quod omnium malorum nostrorum miserrimum est, & absurdū maximè proferam) fastu quodam animos efferens à Deo deuiciat eos, qui non rectè ad ipsum propius accesserant, eoque modo fiat, ut dum extollimur, deturbemur, quo peccatum fiat supra modum peccans, per rem bonā mihi mortem afferens. Duas nobis res hoc facto, & tam grauibus verbis religiosissimus Pater commēdat, ambas quidem per necessarias ijs, qui à despicatis, ac stolidis domus suæ iumentis conquirendis, hoc est, à vecordibus, ac brutis huius vitæ voluptatibus, & curis abstractis, se in altioris vitæ gnnus recepere. Vnares est, vt Deo se quisque totamen-

te

te deuoueat, nec ullam in seipso vanæ cupiditatis sementem reliquam patiatur. Nam propterea sanctissimus Doctor affirmat, fuisse adhuc in Saule spiritus, & corporis pugnam; neque enim sentiebat, ab ea posse nos penitus immunes esse, dum fragili, fluxoq; corpore distinemur; sed illud modò nos monitos voluit, Si ad Deum, ut inquit Apostolus, in plenitudine cordis accedamus, hoc est, Si & nos metipos exuere, & induere Deū ex animo studeamus, ita possemos, & solere diuinis auxilijs confirmari, ut licet nonnulla resideat rationem inter, sensumq; dimicatio, non ea tamen sit, quæ vel internæ ciuitatis tranquillitatem perturbet, vel in dubium reuocet, uter hac in domo dominetur, atque imperet: sed potius iniicta mens ius suum tueatur, & impetus concupiscentis animæ, ne longius euagentur, coerceat. Contra vero quicunq; ita se Deo, Religioni q; addixere, ut interea loci neque omnem de se curam abijciant, neq; mundo placere velle desinant, minime mirum est, si

magnis periculorū fluctibus agitetur:  
 nam hoc quicquid mali seminis in ipsis  
 residuum est, sensim pullulat, atq; ado-  
 lescit in culmum: & (quod aliquando  
 sibi D. Augustinus fatetur timuisse)  
 quæ tenuissima licia ridebantur, in su-  
 nespene nauticos excrescunt, arctissi-  
 meq; quos implicuere deuinciunt. Itaq;  
 testatur ille, se tunc à Deo, ut nequaquam  
 desisteret, extimulatum, ne, si nō, inquit,  
 abrumperetur id ipsum exiguum, & te-  
 nue, quod remanserat, reualesceret ite-  
 rum, & me robustius alligaret. Altera  
 res est, quād esto, rebus ijs, quas admi-  
 rantur homines, initio nuncium remise-  
 rimus ex animo; tam lubricum tamen, &  
 ad deteriora declive naturæ pondus est,  
 ut quām facillimam conuersionem, &  
 inclinationem tranquilli status cauere  
 nihilominus laboriosum, atque arduum  
 sit, quām ad præclaram aliquam ani-  
 morum dignitatem, & quasi concentum  
 peruenisse: cum præsertim (quod in ma-  
 lis nostris luctuosissimum miseriae ge-  
 nus est) ipsam et erga nos Dei liberali-

tas nonnullos interdum plus nimio iam elatos, sibiq; præfidentes ex cœlestium copia donorum (nisi tanquam in gyrum rationis, ac modestiæ ducantur) ab eodē Deo, ad quem non vt par erat accessere, deducat, atq: abstrahat. Eos igitur præcipites agit, dum attollit incertos, vt satiis inde perspicuum fiat illud Apostoli, peccatum, vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi moriem, vt fiat supra modum peccans peccatum, hoc est (vt Chrysostomus interpretatur) peccatum turpidinis, ac nequitiaæ sua virus satis manifestò prodit, cum sanctissimam planè rem per summum scelus, ac socordiam nostram instruam vertat, ac pestem. Quacirca, nec mihi, nec nobis molestum esse decet, quas possumus, sequi, atque urgere opportunitates ad mētem nostram identidem excitandam, sciētes, fratres à Deo dilecti, electionem vestram, cum quantò maioribus donis aucti videmur, tantò seuerior eorum ratio reddenda sit; & quantò copiosiorem miserationis sua vim erga nos Deus, vl-

tro profudit, consequens etiam sit, ut tātō gravius nostrae tarditati, inertiaeque succenseat, ut, si hoc spectetur, hominum ceterorum, qui se pene totos tenebris mersere, delictis vix conmoueri videatur. Quis cæcus (inquit per Prophetam quendam) nisi seruus meus? aut quis surdus, nisi ad quem nuncios meos misi? ac si aperte profliteretur, ceteros neque cæcos esse censendos, si offusis cælo tenebris videant nihil, neque surdos, si, quibus nihil loquere, non audiant: Verum si qui sint, qui in clarissima luce caligent, & ad nunciorum clamores obsurdescant, id demum cæcitatibus esse, id surditatis argumentum. Id quod, ut planius explicem (tanet si de vobis dilectissimi meliora, quin etiam altiora confidam) nego, ullam nobis excusationem in Dei conspectu profuturam, nisi cum tencamus vitæ cursum, eamque lucem sequamur, quæ nobis, id agente Deo, per famulum suum Ignatium ex Constitutionibus, ex regulis, ex nostræ Societatis instituto, ex eiusdem deniq; optimi pa-

---

rentis,

rentis, dum in humanis ageret, gravissimis monitis, & salutaribus affulget exemplis. Cum præsertim Dei præterea benevolentissima sedulitas quotidie mentibus nostris varie præluceat, & stimulos ad meliora subiçiat: neque hunc velut cum seruis agat, exponens duntaxat, quid à nobis herili more depositat, sed ut carissimos sibi liberos instituat, consiliorum etiam suorum communicatione dignatos. Atque, ut missa alia faciamus, una vox illa Redemptoris nostri (Si diligitis me, mandata mea seruate) cuiusnam pectus non emolliat? sane ac si dixisset, non pœnas denuncio, pollicitationes meas non inculco, non meorum erga vos meritorū rationes exigo, non pono ob oculos præmiorum amplitudinem; sed illud unum; Si diligitis me, perficite quæ iubeo. Quis tam ferus, ac ferreus sit, qui si secum ipse reputet quis loquatur, & quibus id verbis commendet, in usitatā mentis dulcedine non liquefacat, ac fluat? certōq: statuat alacri, atque erecto animo aggredi, quic-

quid perspexerit illius, aut voluntati  
gratum, aut honorificum maiestati. Hæc  
est pars mea, & hereditas mea, canebat  
sanctus David. Sequuntur alij quæ ma-  
xime velint: suas licet, quam longè, la-  
tèq; norint, proferant cupiditates; mea  
verò pars fuerit, Domine, custodire legē  
tuam. Verùm maiora adhuc, atque illu-  
striora iura sunt, ut Diuus annotat Ba-  
silius, quæ nobis quasi Prætorianis mi-  
litibus, aut Regijs cubicularijs sanciun-  
tur, quam quæ promiscuè feruntur in  
vulgo. Eam ob rē nostræ quæ sint par-  
tes, attendamus. Sunt autem illæ, in qui-  
bus sigenda nostra omnis mens, & locā-  
da est, nimirum vt in omnem vitam di-  
uina voluntati obsequiamur, & gloriæ,  
neque Dei seruus alia in re vlla suam  
positam esse existimet vitam, delicias,  
beatamq; tranquillitatem, quam si to-  
tum se fingat, & accommodet ad arbi-  
trium, nutumq; Dei; cuius voluntas to-  
tius est iuris, ac recti certa lex; cuius  
studium, vt ei nos, nostræ solum fælici-  
tatis causa, morem geramus, cuius obse-

quiū

quiun iucundissima quies: ab eo verò  
recedere, extremum malorum omnium.  
Os meum aperui, & attraxi spiritum,  
quia mandata tua desiderabam, aiebat  
Psaltes. Cùm enim os aperuisset neces-  
sariae refrigerationis gratia, restatur,  
duxisse se vitalem auram de cælo, hoc  
est perficiendi, quæ Deo placent, desi-  
derium; quod solum respirationis loco  
velit habere, dum viuat. Deus meus (vt  
ita loquentem David faciamus) in quo  
vivo, moue or, & sum, meo quidem in ea,  
quæ iubeas, obsequio, tibiq; obtemperā-  
di studio perinde sustentor, atque ani-  
mantes respiratu. Itaque sicut corpus  
quouis temporis puncto frigidorem au-  
ram hauriat oportet, ne nativus calor in-  
terclusus extinguitur; ita multò etiam  
magis pene in horas, aut in momenta po-  
tius explenda tua voluntatis amore, ac  
pietate meus animus recreatur. Hoc  
itaq; desiderio quasi quodam oris hiatu  
suauissimam requiro aspirationem, &  
quidem quantò possum creberimam,  
prout huius scena domus, quam inha-

bito,

bito, patiuntur angustia. Neque immemoritò ait, Os meum aperui. Nam, ut savientes tradidere, aspiratio mea uoris excipi, traiiciq; non solet, nisi cum per magnum, & præsentissimum influentis aeris subsidium, vita ne opprimatur, exposcit: ijs igitur verbis sanctissimus Vates declarauit, non sine maximo melioris vitæ periculo, ullis unquam momentis piam hanc aspirationem, qua sub diuine ius voluntatis nostram subiungere cupimus, intermitti: aut fortassis ita vehementibus, incensisq; fludis ad Dei voluntatem capessendam sese inflamatum animaduertebat, ut propter ea se respirandi vicissitudine, tanquam gravis aestus alleuamento, reficiendum putauerit. Hoc denique illud est studium, quod nostræ vocationis ratio nobis imponebat: hoc consilio Societati Iesu nomine dedimus, ut patris, ac dominatoris nostri voluntate nihil habeamus antiquius, & re ipsa præstemus id, quod ex gravissima Constitutionum affeueratione, & ex primis adeo tyrocinij nostri rudimentis

mētis, tanquam cum lacte nutricis exungere visi sumus, nempe, ut Dei voluntatem, cuius interpres Præpositi nostri sunt, nostram esse arbitremur. Quia in re frequēs, ac perennis exercitatio eximiam quandam vim babet efficiendi, ut & in dies maiorem ex illa capiamus voluptatem, & nescio quo sapore, admirabiliq, luce, quæ naturæ facultatem, atque aciem exuperat, perspicue dignoscamus, hoc disciplinæ genus basiſtum, decerptumq, fuisse de cœlo. Id tanquam testimonio dixit Salvator noster ijs verbis (Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet doctrinam meam, vtrū ex Deo sit.) Hoc est, eam doctrinam si vita, ac factis exprimere studeamus, arcanos quosdam sensus, & inusitatos afflatus supra consuetudinem, supra mortalitatem nanciscamur, vt propterea sapientiam istam diuino satu fuisse ortam, facile in animum inducamus.

Verūm huius suauitas argumenti meam longius, quam oportuit, prouexit orationem: voluisse enim nō vt alias

---

feceram

---

feceram, pluribus agere, sed breuiter id  
 duntaxat, quod hoc tempus postulabat,  
 exponere. Scripsoram namque alias im-  
 pulsus ea, quæ tunc nunciabatur, Iapo-  
 nicae Ecclesiæ bona fruge, & cohortatus  
 vnumquemque, ut renouaretur spiritu  
 mentis sua, misi etiam, quod nobis ad  
 eam rem promonendam piæ memoriae  
 Gregorius XIII. concesserat, Iobilæum.  
 Nunc cum non ita pridem ex Sinarum  
 regnis recens orta esset occasio, ut ex  
 eius rei latioribus initij, quod Dei mu-  
 nus est, cognoscere possestis, alterum pu-  
 tavi mittendum, quod à Sanctissimo  
 Domino nostro Sixto V. impetravimus;  
 in quo illud adhuc amplius est, quod ad  
 bonum Societatis nostræ statum, eiusq;  
 fæliciores progressus à Deo impetrar-  
 dos concessum est. Inde planum fit, &  
 quanta fit huiusc rei magnitudo, &  
 quantò officij nostri maior obligatio,  
 quanta denique in unoquoque nostrum  
 fit posita vis, ac facultas, ut eorum, quæ  
 agimus, secundos exitus consequamur.  
 Rei magnitudo, inquam, neque enim so-

lum

lūm ad Dei obsequium per se valet  
 quamplurimum prosperitas, ac perfecta  
 pietas Societatis nostræ; sed etiam, si  
 cogitationem intendas in omnia studia,  
 quæ nostrates in Iaponiorū, Sinensium,  
 aliarumque gentium salutem conferunt,  
 certè nec ad animarum lucra, nec ad  
 Dei gloriam ut oportet amplificandam,  
 conatus nostri momentum nullum habi-  
 turi sunt, nisi sua ipsa Societas vi ac  
 firma valetudine cohæreat. Nam imbe-  
 cillum si fuerit, nec probè affectum cor-  
 pus, eiusque membra in suis obeundis mu-  
 nijs languescant, nullum cuin laude cur-  
 sum, seu pugilatum adorietur. Dixeram  
 adhuc, Officij nostri maior obligatio:  
 Nam si (ut superioribus literis de spiri-  
 tu renouando fusijs disputau) religio-  
 fissimam vitæ rationem à nobis Deus  
 exigit, ut proximis adiuuandis Societa-  
 tis industria sit salutaris, quanto seue-  
 rijs reposcet, ut ipsa Societas non modò  
 nihil per nos de statu declinet, sed ut  
 vigilantia potius, & contentione nostra  
 ad ampliora se tendat, atque erigat?

---

Quam

---

Quam sane ad rem, nec leue nobis calcar accesserit, si cogitemus, ex nobis vniuersis corpus unum coagmentari, eamq; esse membrorum inter se consensionem, ut unicuique pertinescendum sit, suone vitio in reliquum omne corpus aliquid redundet periculi. Mirum, atque horribile plane est, dignumq; ob quod ambaudientium aures (ut scripturæ loquuntur) meritò tinniant, meminisse, apud Israelem, duce Iosue illustrem, Deo autem Principe, ac moderatore gloriātem, & tunc eius iussu eductum in aciem, propter unius Achan furtum de anathemate Hiericho, quantum totis pene castris turbatum sit, fusis ab hoste terminibus fortissimorum Israel, & Deo severè denunciante, Non poterit Israel stare ante hostes suos, eosq; fugiet, quia pollutus est anathemate: & quod longè magis horrificum est, Nō ero, inquit, ultra vobiscum, donec conteratis eum, qui huius sceleris reus est; & quamvis unius esset sacrilegium, vniuersos tamen (ut annotat Augustinus) afflixit, ac percus-

lit:

lis: *Vt non, inquit, se solum quisque curret in populo, sed in uicem sibi adhibeant diligentiam,* & tanquam vnius corporis, & vnius hominis alia pro alijs sint membra sollicita. *Quo sane facto sempiternus Iudex indicauit, quanta sit singularium in aliquo cœtu, ac sodalitate communitas, cum eorum nullus seorsim solus censeatur, sed singuli sint quarundam partium instar in toto.* Vides, inquit Chrysostomus, quomodo vnius peccatum toti populo vindictam accersit? Quomodo Deum aduersus multitudinem hostem reddidit? Sed bona sunt tua iudicia, Domine, & ad nostram utilitatem dispensata; lues quedam est peccatum: per ultionem euulgatur, ac traducitur apud omnes, ne corrumptat omnes; ut ubi cognoverint, quantas minas una pepererit transgressio, fugiant ultionem, de multis alioqui sumendam eternam vindictam. Eam ob rem viri sanctissimi, qui & verae humilitatis spiritu prediti, se nūquam humanis exutis vitijs agnouere, & caritate incensi proximorum

De ver-  
bis Isa-  
yæ, Vidi  
dominū  
Hom. 1.

zebo

pist. 7.  
alijs.

zelo seruebant, sua peccata (quod de  
Catherina Senensi, alijsq; proditum est)  
malorum omnium, quibus Ecclesia ve-  
xabatur, causam dedisse putabant. Iam  
verò nobis, quos non modò communis il-  
la vnius Ecclesia necessitudo cōnectit,  
sed adbuc proprius quidam eiusdem  
instituti, ac vocationis nexus astringit,  
quantò magis metuendum est, ne quod  
priuatim à singulis delinquitur, graui  
totius corporis malo luatur, ac vulnere?  
Neque luatur modò, sed periculosa etiā  
imitatione exempli serpat longius: ea  
nanq; res procliuus ad perniciem, cum  
semel cœpit, labitur. Hac porrò de cau-  
sa paulò ante dixeram, in unoquoq; no-  
strum magnam positam esse vim, ac fa-  
cultatem, ut eo sit loco Societas, qui no-  
strum omnium respondeat optatis; cum  
non modò possimus à Deo castissimis  
precibus id impetrare, quemadmodum  
& veram exteris gentibus religionem,  
& Ecclesiæ splendorem pristinum; sed  
etiam nobis, qui vinculo consociamur  
arctiori, diuinam deme ebimur benigni

tatem,

tatem, quo plenis misericordiae oculis aliquando respiciat, ac subleuet Societatem uniuersam. Hinc & illud existet, si unumquodq; huius corporis membrum meliore cultu seipsum perpoliat, atque exornet, consequens esse, ut ex singulorum partium ornamentis totius etiam nitor, ac pulchritudo splendescat. Ex ijs planum fit, & quæ sit obligatio singulorum, & quæ huius operis magnitudo, ut q; totius corporis robur, ac valetudo cum statu cuiusq; partis implicita sit, & coherereat. In eum igitur usum curatum est, ut Sanctissimus Dñs Noster, Sixtus V. ex Ecclesiæ thesauro Iobilæum istud nostræ promeret Societati. Quod si nequissimus Satan, cū indignissime ferat, diuina manu, & Societatis operatam multis orbis terrarū regionibus fraudari setam multiplici spe præda, & rapinorum facturus est, quod in ipso erit, fine nullū huius vineæ septa diruendi, obtendivites, quatiædi turrim; satis patet, quāta nobis vigilantia, quā sorti aīo, ac virtutibus exaggerato, perditis eius cona

tibus

tibus obuiam sit eundum. Itaque prouidendum est, si qua irruptio facta sit uspiam, ut ad repugnandum accurramus vniuersi, ijsq; malis non in praesens modo, sed etiam, quoad eius fieri potest, prospiciamus in posterum. Quinetiam ut seduli vinitores non cauent solum, ne exterminet vineam aper de sylva, & singularis ferus depascatur eam, sed in nouos etiam satus, traduces, repastinationes, propagines, quibus vitium feracitas, ac decor augeatur, incumbunt; ita nobis quoque omni ope, atque opera elaborandum est, ut non modo nibil detrimenti Societas capiat, sed ut in dies uberior ex ea prouentus, ac vestigia redundet.

Porrò, quoniam singulari Dei beneficio (id quod & mihi, & toti Societati accedit iucundissimum) renouatio spiritus, & piae meditationes, quibus superiore Iobilo vacatum est, mirificos nostris fructus peperere, dubitandum non est, fore, ut minimam hanc familiam eosdem, quas antea, exercitationes iteran-

tem,

tem, noua Deus liberalitate, ac misericordia prosequatur. Quocirea consimili nunc ritu, modoq; peruelim (qua de re Præpositis Provincialibus mādat per-scribentur) ad hoc alterum Iobilæum nos comparemus, eoq; audiūs, quod nūc agimus de conseruando, amplificandoq; Societatis statu; sed & quicquid hac de re tunc à nobis delibatum est, ad idem denuo gustandum magis, ac magis nostram acuet auditatem. Deum itaque etiam, atque etiam supplex obtestor, ne mea causa, culpaue, pīj conatus, ac cogitationes vestræ concidant, aut retardē-tur; vosque pro ea, qua omnes ex animo complector, benevolentia, oro vehemen-ter, atque obsecro, ut grauem, acremq; curam suscipiatis de vestris ad absolu-tam pietatem progressionibus. Et quan-quam superioribus de spiritu renouan-do literis meis denuo, attenteq; perlegē-dis, multò verò magis Examine, Confes-sionibus, Spiritualibus exercitijs, & paulò prolixioribus cum Deo congres-sibus ineundis, ex eius incredibili be-

neficentia

nefidentia consequuturos nos confido, ut  
ut plane intelligatis, quæ sit spes voca-  
tionis vestræ, & quid sit ambulare di-  
gnè Deo: Non committam tamen, ne hæc  
nactus opportunitatem, duas speciatim  
ad res vos etiam, atq; etiā adhorter: que  
ad id, quod nunc agimus, opitulāte Deo,  
ponderis plurimum videntur habitura.

Quarum prior est, ut ita nobis mutua  
inter nos caritas curē sit, expurgatis pe-  
nitus, abiectisq; ex animo velut pesti-  
bus, parum benevolis Nationum inter se  
studijs alijsq; id genus; perinde atque  
hac vna re contineretur (nam verè con-  
tinetur) Societatis incolumentas omnis,  
ac prosperæ res: studeamusq; optimam  
parentem nostram restituere in anti-  
quum ( si qua ex parte is veterasceret)  
nitorem, ac iucundissimam beneuelen-  
tiam, quæ nascentis Societatis membra  
vinciebat. Nam si Sociorum multitudi-  
ne aucti sumus, caritatis tamen ampli-  
tudo nec hominum numero, nec locorum  
distinguitur interuallis. Quinetiā lege-  
re memini apud D. Machariū; Sæcti

spiritus

spiritus caritate in eam interdū hilari-  
 tatem, atq; amoris vim excitari, inflam-  
 mariq; pectus humanum, vt oēs homines  
 nullo proboru, improborumne discrimi-  
 ne, intimis, si fieri posset, pre cor dīs suis  
 cōdere vellet, & collocare. Quantò ma-  
 gis hoc tanquam pensum ijs reddendum  
 est, quibuscum fraterna nobis necessi-  
 tudo multis nominibus intercedit? quæ  
 non qualem qualē à nobis amorem, sed  
 eximium quandā reposcit, ac vegetū, vt  
 S. Basilius tradit: qui cū quereret, qua  
 nā inter nos benevolentia copulari nos  
 oporteat? ea respondet, quā Christus Dñs  
 declarauit ijs verbis (Diligere inuicem,  
 sicut dilexi vos: maiorem dilectionem  
 nemo habet, quam vt ponat animā suam  
 quis pro amicis suis) Quòd si ponenda  
 anima est, quomodo non multò magis in  
 ijs, quæ minoris pretij sunt, necessariò  
 adhibenda est animi promptitudo, nō ea  
 re, vt humanis officijs faciamus satijs,  
 sed eo cōfilio, vt Deo placeamus, & uti-  
 litati cuiusq; cōsulamus? Id quod haud  
 molestū, ac difficile nobis erit, si re ipsa

Reg.  
bre. in  
interr.  
162.

Ioa. 15.

præste

præstemus, quod amantissimus Pater Noster Ignatius tertia parte Constitutionum (Id quod etiam in decimam septimam Summarij regulam transcriptum fuit) commendat; Crebro, inquit, admonentur, ut in omnibus quærant Deum, exuentes se, quantum fieri potest, amore omnium creaturarum, ut affectum uniuersum in ipsarum Creatorem conferat, eum in omnibus creaturis amando, & omnes in eo, iuxta sanctissimam ac diuinam ipsius voluntatem. Quæ cum ita sint, non obscurè intelligitur, quantum à recta via aberrent, qui priuata quadam communione, vel generis, & consanguinitatis, vel consimilis naturæ, ac morum, vel gentis, aut patriæ, abducunt se sinunt in eo nexus, atque animorum coniunctione, quæ inter nos esse debet.

Et quanquam primis meis ad Superioris literis, quibus exposui, quanam ratione nostris inter se, & cum externis agendum sit, attigi nonibil ea dere, ac breuiter indicavi, quanta & P. Ignatij fuerit, & mea nunc sit solicitude, ne

quid

quid aduersus hanc spiritus unitatem peccetur, ut pote multò magis quām credi possit, necessariam: pro rei tamē magnitudine, & ne zīzaniorum author, dū aliud agere videtur, simulata nescio qua specie recti, supponat aliquid suorum seminum, hic etiam paucis vose ad re commonefaciendos putauit. Valde namque formidandum est, ne sicut olim paucorum culpa, ut loquitur D. Hieronymus, quanquam in re dissimili, ingemiscensorbis terrarum Arianum se effemiratus est, ita vitio eorum, qui in sedandis animi motibus non multum operæ posuerunt, quique, ut ait P. Ignatius, nec ordinem, nec vniōnem ferre possūt, cūm lacrymis aliquando miretur Societas, non eam fecesse quæ fuerat, sed tāquam effæto iam corpore defloruisse. Cum enim ab ortus sui primordio, nulla habita dissimilium nationum ratione, ex mutua amicorum coniunctione & coagmentata sit, & adoleuerit, si alio paululum deflecteret, Aegyptum non egressa sane, sed ingressa, lingua, quam

non nouerat, audiret. - *Huic tam pernicioso, tamq; pestilenti morbo opportune medetur, si castè, integreq; seruetur memorata Constitutio; ut quanti sit ea momenti, facile appareat, cum possit, si eius usus exolescat, tam grauis nobis labes, & calamitas impendere. Itaque mone mur, in omnibus amandum esse Deum, & omnes in Deo. Id quod si vigeat, & nationum, & personarum ruet omne discrimen, ac delectus. Nam si Deus in ijs, quos diligimus, diligendus est, is ubicumq; fuerit, eò se noster amor tendat, ac porrigit oportet: & quidem vehementior in eos, apud quos luculentius diligendiratio, qui Deus est, elucet, atque eminet. Itaque pie diligentis animus, siue Dei donis, quibus enitescunt alij, delectetur; siue alios ijs, quibus carrent, ornamenti cupiat honestari, in utrisq; sane Dei, eorumque, qua Dei sunt, & amans, & appetens est. Eam ob rem neque ex alienis virtutibus, ceterisq; rerum bene gerendarum facultatisbus (in ijs enim Deum purior animus*

intue

intuerur) inuidendi, obtrécandiue, sed agendi gratias potius, Deiq; munificētiā collaudandi causam nactum se esse putat: neque illi ea, quæ peccantur ab alijs, indignationem, ac stomachum mouent, sed benevolentissimam potius cōmiserationem, & vehemens studium, ut ad virtutum decora, quæ in eo desiderantur, paranda proximus conualescat. Atq; in hoc posita est omnis laus adamantis, & querentis Deū in fratribus, ut eum agnoscat, & complectatur, ubi cunq; sit: percipiāt viciſſim, ut uberiore manu suas ille opes impertiat, & tanquam presentem se præstet, sic ubi minus adesse videatur. Hanc amandi viam si insistamus, erit in improbis etiam, quod amemus, nempe naturam, & conditoris imaginē, optātes, ut Dei similitudo rursus in eis elucescat. Eoru autem, qui Dei amicitia, gratiaq; dignātur, hoc singulare, ac cœlestē ornementum feremus in oculis; auebimus etiam, ut iūdem tā preciosarum mercium pleniore copiā cumulētur. Sicut autē diuinæ gratiæ cōmunio

§imile.

tam late patet, ut in ea nihil inter Barbaros, Schytas, ceterasq; gentes intersit; ita si quis cogitationem defigat in Deo, in nullo hominum prorsus desiderabit, ac requiret, quod diligit, cum ex Deo, qui presto est omnibus, dimanet ad universos satis magna causa, & quasi communis fons amoris; non secus atque ad conspiciendos colores quo suis communis aliquaratio suppetit, sine lux ea sit, sine color. Ad hæc sentiendi appetendiq; vim (ut à Philosophis prodicium est) ea re, in quam percipiendam intenditur, oportet esse vacuam, ut multas adres aduerti, adhiberiq; possit; alioquin ad aliud nihil pateret, quam ad id, quod in ea fixum esset, atque inditum: Sicut oculorum sensus si colorum uno aliquo esset infectus, ad reliquos caligaret; nam si viridi imbueretur, virescere putaret omnia, rubescere, si coccineo, atque in eundem planè modum de alijs, quorum si quempiam natura sibi insitum nactus esset, non posset cæteris oblectari: Non aliter sane nisi voluntas nostra

priuatos

priuatos amores , ac propensiones depo-  
nat, atque exuat, beneuolentia suæ vim  
in res vniuersas propter Deum , ex quo  
omnia, per quem omnia , & in quo om-  
nia, sunt , deriuare non potest ; sed si ad  
patriam, gentemq; suam animus adhæ-  
rescat, eorum modo colet amicitias, qui-  
buscum patriæ , & gentis communione  
copulatur. Idem eueniet , si necessario-  
rum suorum consanguinitate delinitus  
carni tantum , & sanguini deseruiat:  
par de reliquis iudicium. Quod si infæ-  
liciter agi putaremus cum oculis, quorū  
videndi vis super colorem vnum videat  
nihil , quid de voluntate , si in amando  
similiter affecta sit, sentiendum ? certè  
neque corporis oculi, quos cum muscis,  
& culicibus communes habemus , ad  
quarendum, videndumque Deum vñ sui  
possunt esse, neque vlla oculorum, sicut  
voluntatis, virtute boni nominamur, &  
sumus. Itaq; summa òpe nitendum est, vt  
denudetur volūtas, & ab omnibus vin-  
dicetur affectibus, quo liberiuseam cu-  
ram & cogitationem induat, qua Deo

soli quærendo, amandoq; dicata est. Hac  
 enim amor & defæcatur liquidum, &  
 omnes ampliatur in partes. Huc pertinet  
 celitudo illa animi, & amplissima ca-  
 ritas Apostoli Pauli, cuius D. Chrysostomus non modò egregium laudatorem,  
 ac præconem, sed & præsentem quodā-  
 modo se præbuit spectatori ē. Digna pla-  
 neres, quæ nobis afferat admirationem,  
 & pudorem incutiat. Ea verè mirific-  
 licet in tot vigilijs, ærumnis, periculisq;  
 aditis animarum causa, quas Christo pa-  
 rere studebat, eluxerit; priuatim tamen,  
 ac præter modum (ut idem S. Doctor ob-  
 seruauit) vim suam exprompsit in amo-  
 rem, sedulamq; curam, qua complexus  
 est Onesimum. Servus is erat, & quidem  
 profugus ab herili domo, quam & furto  
 vexauerat: eum tamen Apostolus, quä-  
 uis omnium Ecclesiarum pressus solici-  
 tudine, vnicè dilexit. Nam illi & venia  
 deprecatur à Philemone, & tam inusi-  
 tatum habet honorem, ut eum & filium  
 suum in vinculis, & viscera sua, & al-  
 terum se nominare non dubitet. Hæc ei

præsta

Hō. de  
 profe-  
 du Euā-  
 ge. in il-  
 ud. sine  
 occasio-  
 ne, siue  
 verita.  
 Christ.  
 unnu-  
 cietur.  
 Aposto.  
 Pauli  
 caritas.

Epi. ad  
 Phile.

præstabat Apostolus, quia, ut ait Chrysostomus, non hoc considerabat, quod unus esset, qui peccauerat, & præsidio egeret, sed quod homo esset. Homo dignissimum Dei animal, & propter quem, nec unigenito suo pater pepercit. Non enim mihi hoc dicas, quod sit fugitius quispiam, vel latro, vel fur, vel facinorosus, vel quod sit pauper, abiectus, vilis, & nullius frugis, sed cogites, quod pro ipso mortuus est Christus, sufficiatque tibi, ut pote idonea sollicitudinis causa. Cogita, quantum illum esse necessarium sit, quem tantus Christus ita appretiatus est, ut nec sanguini suo pepercerit. Neque enim, opinor, si Rex pro aliquo occidi vellet, quereremus argumentum aliud, num magnus quispiam ille sit, quem rex tanti facit. Iam vero perpedamus, quanto dignandi sint amore, qui non serui, sed fratres nostri, non fugitiui, aut fures, sed saeculi sunt contemptores, abdicatis omnibus, in eandem nobiscum conscripti militiam, iisdem castris, signisq; centuriati ad quotidianos labo-

res, atque excubias, in Deit tandem adoptionem, & hereditarium regni ius adsciti. Nihil igitur mihi antiquius, nihil in optatis magis est, quam, ut quætamaxime possumus studio, conglutinemur inter nos mutua necessitudine caritatis, qua ab Apostolo merito dicitur vinculum perfectionis. Nam & cum demum præstisset nobis videbatur Deus, quod desponderat per Sophoniam; Reddam, inquit, populis labium electum, ut inucent omnes in nomine Dñi, & seruiant ei humero uno. Labium verè electum. neq; enim in linguis omnibus illa pretiosior, neq; ad loquendum, audiendum ue iucundior, neq; adres bene gerendas valenter, quam id linguæ genus, quod animorum, consiliorum, operumq; conjunctione fraternus amor format, atque instruit. Hinc enim existit Deo famulatum tanta consensio, ut uno quasi humero, quicquid est onerum, portare videantur. Sed & illud memoria repetendum, cum Deus sacrilegos Turris Babel architectos, ac molitores ab opere, quod

stultè,

Col. 3.

Soph. 3.

stulte, & aduerso numine machinabātur, arcere, & tanquam disturbare statuisset, id demum non aliter profecisse, quam dissimilium confusione linguarū: tantum valet ad res interturbandas dissidium quodvis, etiam linguarum, tametsi magna foret inter illos consilio-rum, voluntatunque conspiratio. Nos contra si vias, ac spirituales domos, iuxta S. Petri sententiā, in nostris, proximorumque mentibus extiruere conten-dimus, & ad muros felicioris Hierusa-lem, pro quibus ut benignè faceret Do-minus in bona voluntate sua, David castissimè precabatur, ex ædificando aliquid afferre momenti, idem iugum trahamus oportet, & ad unius linguae consortium redeamus: alioquin labores quidem magni, laborum fructus pene nullus.

His expositis, perspicuum est (quod & initio dixeram) quam exitialis sit ista velut linguarū varietas, & quam seuerè in eos animaduertendum, qui tantam lucem importarent in familiam

nostram; cum hoc malo grassante, &  
 structuræ tam illustris, & diuinæ glo-  
 ræ feliciter prouehendæ labor omiss,  
 atque apparatus noster frangatur, &  
 concidat. Multa quidem in hæc senten-  
 tiā possent adduci, non modò ex Euā-  
 gelijs, Patrumq; libris, atque exemplis,  
 quæ ad nihil fermè alind nos instituūt;  
 nec solum ex nostris Constitutionibus,  
 quæ nullā in rem grauius, aut crebrius  
 amplificandam excurrunt, perinde atq;  
 hoc Societatis effet columen, ac firma-  
 mentum: sed etiam ex omni rerum na-  
 tura. Siquidem cælum, terra, ut egre-  
 gie disputat Gregorius Nazianzenus,  
 elementorum mixtiones, ac temperatu-  
 ræ, membrorum proportiones, & con-  
 iunctiones, animaliū nutrimenta, ortus,  
 habitationes distinctæ, quoruñ quædam  
 imperant, quædam subiecta sunt, qua-  
 dam sub iugum à nobis mittuntur, qua-  
 dam libera sunt; hæc igitur omnia cum  
 ita se habeant, ac secundū primas cau-  
 sas harmoniæ, siue coniunctionis, &  
 mutua concordia reganiur, ac moueā-

tur

tur, quid aliud putare debemus, quam prædicare amore, & concordiam, suoq; exemplo coniunctionem animorum inter homines sancire? Contra vero sublata confessione, quam vocat ille pulcherrimum, & utilissimum Christianæ sapientia decus, rerum vastitas continuo defœuit, & ordinis perturbatio, quæ, ut illius verbis utar, in ære quidē fulmina, in terra succussions, in mari exundationes, in urbibus, ac familijs bella, in corporibus morbos, in animis peccata, quasi nouas res moliendo introduxit. Veniat illud in mentem, Patres, ac Fratres desideratissimi; Concordia res paruae crescunt, discordia maxime dilabuntur. Cuius enim nauis tam constans est, ac firma compactio, vt euulsis clavis, quibus tabulae, & trabes agglutinantur, non statim fatiscat, ac recidat in struem lignorum, cuius sit rufus in navigatione nullus? Cuius vero aut turris, aut arcis tam septa, atque munita firmitas, ac robur est, quod soluta compage saxorum, non continuo ruat, atque ex

pro

ugnaculo degeneret in aceruum, temere congestis in unum lapidibus? Non enim ex saxis, & cæmentis, sed ex apta, & quasi demensa saxorum, cæmentorumq; structura turris, aut murus aſurgit. Quinetiam de Regnis Salvatoris clare demonstrat. ( Omne regnum in ſeipſum diuīſum defolabitur, & domus ſupra domum cadet.) Profectò ſicut concordem Societatis ſtatū, quæcumq; irrumptant extrinſecus, labefactare non poſſunt: ita viciſſim ſi concordia inter ſuos iacturam faciat, nullis poterit extrarijs cohærere preſidijs: Et quoniam D. Bernardus, cum illud Canticorū exponeſet, Filij matris meæ pugnauerunt contra me, preclarè, ut aſfolet, de hoc tuto argumento diſputat, licet ab omnibus sermonem illum perlegi velim, quò magis tamen ad manum vnicuique ſit, hic illius partem aliquam diſputationis aſcribam. Cum igitur de grauiſſimis diſſidiorum incommodis ageret; Longè quoſo, inquit, à vobis facite ſemper hoc tam abominabile, & detestabile malum

vos, qui experti estis, & quotidie experimini, quām bonum sit, & quām iucundum, habitare fratres in unum, si tamen in unum, & non in scandalum, alioquin nec iucundum planè, nec bonum, sed pessimum, ac molestissimum. Vae autem homini illi, per quem unitatis vinculum iucundum turbatur; iudicium profectò portabit, quicunque est ille: ante mihi contingat mori, quām audire in vobis quempiam iustè clamitantem, filij matris meæ pugnauerunt contra me. Nonne præsentis congregationis tanquam unius matris filij omnes vos estis, singuli alterutrum fratres? Quid ergo à foris vos concubare, aut contristare possit, si intus bene estis, & fraterna pace gaudetis? Denique quis vobis nocere poterit, inquit, si boni amulatores fueritis? Quamobrem amulamini charismata meliora, ut bonos vos probetis amulatores. Charisma peroptimum caritas est, planè incomparabile, quod nouæ sponsæ cœlestis sponsus toties inculcare curabat, nunc quidem dicens, In hoc

cogno-

cognoscēt omnes, quia mei eſtis diſci-  
puli, ſi dilectionem habueritis ad inui-  
cein: Nunc verò, Mandatum nouum do  
vobis, ut diligatis inuicem: Et, Hoc eſt  
præceptum meum, ut diligatis inuicem.  
Itemq; orans vnum eos fore, ſicut ipſe,  
Et pater vnum ſunt. Et vide, ſi nō ipſe  
Paulus, quia te ad charismata meliora  
inuitat, inter cetera caritatem in ſum-  
mo ponit; ſiue cum fide, Et ſpe dicit eā  
eſſe maiorem, Et ſuper eminentē ſcien-  
tiam; ſiue cum enumeratis pluribus,  
ac mirabilibus ſupernā gratiæ donis;  
tandem ad ſuperexcellentiorē viam  
nos mittit, haud aliam profecti illam,  
quām caritatē definiēs. Denique quid-  
nam hūic comparandum putemus; quæ  
ipſi præfertur martyrio, ac fidei trans-  
ferenti montes? Hoc igitur eſt, quod  
dico, pax vobis à vobis fit, Et omne,  
quod extrinſecus minari videtur, non  
terret, quia non nocet. Nam è contrario  
quicquid foris blandiri appetet, nulla  
eſt profectio conſolatio, ſi intus, quod  
abſit, ſeminariū discordie germina-

uerit

uerit. Proinde, dilectissimi, pacem habe-  
bete ad vos, & nolite lacerare innicem,  
non facto, non verbo, non signo qualicū-  
que. Tandem ut hac de re, de qua, cum  
nostra vehementer intersit, pluribus  
egi, quam cogitaram, scribendi fine in  
faciam; magnopere cupio secum quisque  
reputet, quod Pater Noster decima par-  
te Constitutionem tradit, & refertur 30.  
regula inter communies; Caveant, inquit,  
sibi omnes ab illo affectū, quo aliae de  
alijs nationibus sinistriè sentire, aut lo-  
qui solent: quin potius, & bene sentiat,  
& peculiari affectu diuersas à sua na-  
tiones prosequantur in Domino: ac pro-  
inde ne mo bella, contentiones ve inter  
Christianos Principes in colloquium in-  
ducat. Usque adeo planè adhorrebat ab  
hoc malo, ut ne eos quidem sermones suis  
licere vellet, quibus aut de Principum  
agatur similitatibus, aut alijs aliae na-  
tiones obloquantur. Ne quid igitur resi-  
deat inter nos inimicum concordiae, siue  
id ex studio nationum, siue ex alijs re-  
dundet fortibus sanè amarissimis, cum

ad

ad lætiores progressus omne nobis iter,  
atque aditum intercludant, vnuſquisq; <sup>z</sup>  
velim, in ſe ipſe acriter inquirat, & at-  
tentè diſpiciat, quam ſedulò fraternam  
colat conſenſionem: neque leuiter eam  
rem decurrat, ſed cuiuſmodi ſit ſua ca-  
ritas, exploret ad lydium lapidem, &  
exigat ad eam norman, quam Apoſto-  
lus praefcribit ijs verbis: (Caritas patiēs  
eſt, benigna eſt: caritas non emulatur,  
non agit perperam: non inflatur, non eſt  
ambitioſa: non querit, quæ ſua ſunt, non  
irritatur, non cogitat malum: non gaudet  
ſuper iniquitate, cōgaudet autem veri-  
tati: omnia ſuffert, omnia credit, omnia  
ſperat, omnia ſuſtinet.) Hoc igitur mo-  
do ſi quaſi ad lydium, vt dicitur, lapi-  
dem exploretur caritas noſtra, ſi qua  
harum laudum, effectorumue careat,  
nondum omnes virtutis numeros com-  
plexa ceneſatur: ſed quoṭ ornementis ab  
Apoſtolo commemoratis deſtituta ſit,  
tot eam gradibus, & quaſi notis ab eo,  
quod ſummuſ optimumq; eſt, ab eſſe ar-  
bitremur. Enitendum igitur eſt, vt eam

ad id

ad id, quod perfectum, suisque omnibus partibus expletum sit, perducamus; & si laude patientiae careat, vel benignitatis, vel alicuius ex reliquis, eam, qua desideratar, comparemus. Nec facile mihi venit in mentem, quamnam ad aliam libellam ista res exigi possit, ex qua magis appareat manifestò, vel quid unicuique defit in hoc genere, vel quae sibi ratio ineunda sit, ut rectè amandi legem integrum, in uiolata m̄q̄ conseruet, quam Apostoli memorata prescriptio. Illud deniq; habeamus, fructum, quem Dominus à nobis reponscit ijs verbis, Ego vos elegi, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat, aliud nihil esse, quam caritatem, ut D. Augustinus exponit. Maneat, inquit, dilectio: ipsa est enim fructus noster. Quocirca etiā si sanguinem profundamus, aut Angelorum etiam linguis loquamur, aut montes solo verbo transferamus; nisi reddamus hunc fructum, nihilominus, ut in fructuosi palmices, præcidemur. Cuiusmodi crimen si iure plectendum est in omni-

Ioa. 15.  
Tract.  
26. in  
Ioa.

bus

bus, (nam ex sterili siccū testari voluit  
Dñs, quæ supplicia in desides homines,  
ac plane steriles constituta sint) quibus  
tandē securibus, quibus flammis saeue-  
tur in eas arbores, ex quibus nec soli,  
quod occupant, uberrima feracitas, nec  
syderum, quibus afflantur, benignissi-  
ma vis quicquā bona frugis expressere.

Neque prætereundum puto, quod ad  
hanc rem maxime, de Euangelica siccū  
scribit Ambrosius. Quod de Iudeis, in-  
quit, dictum, omnibus cauendum arbit-  
rор, & nobis maxime, ne fœcundū Ec-  
clesiæ locum vacui meritis occupemus,  
qui quasi malagranata benedicti, fru-  
ctus ferre debemus inter nos, fructus  
pudoris, fructus coniunctionis, fructus  
mutuæ caritatis, & amoris, sub uno vte-  
ro matris Ecclesiæ inclusi, ne aura no-  
ceat, ne grando decutiat, ne aestus cupi-  
ditatis exurat, ne humoris imber elidat.

Animum iam referamus ad opimum  
istum, ac pulcherrimum Ecclesiæ agrum,  
& in eius amplitudine meminerimus  
partem esse nullam, aut feraciorem, aut

frigo

frigoris, & caloris modo temperatiorem,  
 aut maiore agricolarum opera subactā,  
 itque exultam, quam Religionis sta-  
 tum; & facile intelligemus, quanto gra-  
 uioris culpærei efficeremur, si hanc ip-  
 sam partē rācūi meritis occuparemus.  
 Perspiciamus deinde, quid mali punici  
 typo Sanctissimus Doctor indicet de  
 commoditatibus, ac præsidis, qua no-  
 bis suppetunt ex religiose disciplina  
 tanquam velamento, aut cortice, qua  
 connecti verendum non est, ne ventis  
 impetamur, ne decutiamur grandine,  
 ne stultarum aestu cupiditatum torrea-  
 mur, ne deiçiamur imbris, aut pro-  
 cellis. O quam optatā & expeditam se-  
 curitatem religio nobis præstat! ô quo:  
 utilitates, & commoda nobis in hac tan-  
 quam penuaria cella deposita sunt, si ea  
 cognoscamus! Verum hæc pluribus per-  
 sequi neq; loci, neq; temporis huius est.  
 Sed quam tuto agamus, audiuiimus: au-  
 diamus iam, quæ nos riciſſime i, cuius  
 in tutela ac præſidio sumus, debemus.  
 Debemus verò fructum malo punico

quām

quam simillimum, fructum sane non adumbratum ad speciem, & varijs patientem iniurijs, sed constantem, & in intimis expressum sensibus: fructum ingenii pudoris, mutuae fructum coniunctionis, atque amoris, punicorum instar granorum, quorum & conceptaculum intra corticem, & rubicundus decor, & dispositio concinnior: usque adeò verò alia ex alijs annexata tactu mutuo cohærescunt inter se, ut eorum series in uno aliquo potius, solidoq; corpore descripta videatur, quam ex diuersis vermiculata corpusculis. Ac ne longior sim hac in re, utq; ad alteram ex duabus, quas proposueram gradum faciam, omnes ad extremum ijsdem, qmibus incæperam, verbis oro, atque obtestor, nempe, ut cōfessionem mutuam, eo studio, quo Societatem salutem cupimus, tueamur. Altera res, qua si minima Societas nostra nitatur, fore confido, ut (qua Dei beneficentia est) etiam atque etiam in dies efflorescat, est præcipua quædam religio, ac pietas ei ga Sanctissimam Virgi-

nem

Li. 4. de  
fide. c.  
15.

nem Mariam. Ea namque cum parens fuerit eius, qui omne cælum, omnemq; naturam molitus est, verè ac propriè, ut ait Damascenus, in res vniuersas Hera, ac Reginæ nomen, & ius adepta est. Itaque velim in omnibus rebus, ac temporibus, siue publicis Societatis, siue proprijs singulorum, præstanti quadam veneratione, ac singulari fiducia, quæ nullam vereatur repulsam, ad hoc laborum omnium, ac solitudinum perfugium supplices accurramus. Equidem mecum dum reproto, quanto devotionis affectu hanc cæli Reginam complexi sint, quantumq; ex eius pio, & assiduo cultu, ad oem profecerint sanctimoniam primi PP. ac priuatim P. Ignatius quam tam rerum nostrarum spē, ac tutelam, in hac velut arce collocarit, magno teneor studio, ut & nos eam prop̄issimis animis, atque obsequijs prosequamur, depositentes, ut ipsamet deprecante hac pietas, velut suauissima nardus, nostris mentibus innascatur. Certè siue spectemus Deiparae Virginis dignitatem, auto-

re Deo

re Deo in tā illustri, excelsōq; loco sitā,  
 ut per seipsum, & religionē, & admir-  
 rationē moueat; siue beneficiorum illius  
 in nos magnitudinem, quibus gratiam,  
 quam possumus, referrefas est: siue ino-  
 piām, ac mendicitatem nostram, quam  
 oportet tam salutari patrocinio suste-  
 mus, potiora semper sperantes in poste-  
 rum; hęc, inquam, omnia si spectemus, ea  
 sane quam maximas à nobis, & honoris  
 & amoris significations erga cælestē  
 hāc præsidem & custodē nostrā salutis  
 exposciunt. Quapropter merito D. Bern.  
 Totis, inquit, medullis cordiū, totis pre-  
 cordiorum affectibus, & votis omnibus  
 Mariam hanc veneremur, quia sic est  
 voluntas eius, qui totum nos habere vo-  
 luit per Mariā. Deniq; cum tot natura  
 & egestates & erumne leuari nequeat,  
 nisi ab ea quæ polleat & charitate, qua-  
 velit, & potestate, qualaborantibus  
 queat opitulati, quantum in utroq; Ma-  
 ria valeat, ex eo, quod præpotentis Dei  
 mater est, manifestò perspicitur. Id D.  
 Bern. tradit his verbis. Nihil n. sic potest

vel

vel pietatis eius, vel potestatis commen-  
dere magnitudinē. nisi forte aut nō cre-  
ditur Dei filius honorare matrē, aut du-  
bitare quis possit, in affectum charitatis  
transisse Marię viscera, in quibus nouē  
mensibus ipsa, quae ex Deo est, charitas  
corporaliter requieuit. Verum quia lon-  
giori, aut cohortatione, aut laudatione  
Augustissimam Virginē celebrare mei  
consilij non est, ut ad calcem aliquando  
decurrat oratio, illud addidisse fatis sit,  
quod Germanus Constantinopolitanus  
patriarcha in homilia quadā, breuissi-  
mè quidem, sed grauiissimè, de pie ac be-  
neuolè colenda Deipara Virgine pronū-  
tiauit, eam cōpellans: Quomodo, inquit,  
corpus nostrum vitalis signum operatio-  
nis habet respirationē; ita etiā sanctissi-  
mum tuū nomen, quod in ore seruorum  
tuorū versatur assidue, in omni tempo-  
re, loco, & modo nō solū letitia, & auxi-  
xiliū est signum, sed ea etiā procurat, &  
conciliat. Ego sanè, immensa Dei largi-  
tate fretus facile in animum induco, ex  
hac posteriore renouatione, cui nō minus

sed

sed uero, plus etiam quam priori, vacan-  
dum esse cōfido, omnibus Societatis mē-  
bris præstantem quendam splendorem,  
atq; incrementa pietatis accessura, pre-  
sertim si serio, atque enixè studeamus  
duobus ijs ornamentis, qua iam dudum  
commendo, magis, ac magis abundare,  
nimirum, fraterna inter nos cōfessione,  
Et per quam honorifico in Beatissimam  
Virginem studio, ac pietate. Quam si de-  
diti sima mēte complectamur, suam illa  
in fidem Et clientelam nos asciscet, au-  
gebit q, velut sedula deprecatrix, ijs vir-  
tutibus, quæ ipsam quasi delit ijs affluē-  
tem cœlitibus ipsis speciosam, atq; ad-  
mirabile præstitere; Et quibus nos opor-  
tet collucere, ut eius filio placeamus, qui  
earum vestigij, ac velut lineamentis  
terrarum orbē primus impressit, verāq;  
docuit humilitatem, paritatem, patien-  
tiā, animarum zelum, Et rerum, quæ in  
terris sunt, despiciētiam; vi sua nos ali-  
quando similitudine, conspectuq;, di-  
gnatos, in sempiternæ lucis, Et gloria  
domicilio collocaret.

ROMÆ XIX. MAII M.D. LXXXVI.

COMPENDIUM  
VITÆ P. IGNATII,

originis, atq; propagatio-  
nis Societatis, usque ad fæ-  
licem eius transitum, per  
singulos annos.

**N**ASCITVR Ignatius an.

1491.

Domini 1491. Innocentio

octavo Pont. Max.

Vulnere accepto, conuertitur ad Deum  
an. 1521.

1521.

Saccum induit pœnitentis insigne ad B.  
Marie Montis-serrati, ipsa nocte  
Annūciationis 25. Martij, an. 1522.  
quo anno Martinus Luther Ecclesia  
bellum indixit; & Manresa circiter  
annum in pœnitentia transigit.

1522.

Manresa Romam proficiscitur anno  
1523. Adriano VI. sum. Pont. eoque  
ingreditur die Dominico Palmarum.

1523.

Inde egressus octaua post Dominicae resurrectionis die, Venetias petit. unde soluens 14. die mensis Iulij, tandem 4. Septemb. ad sanctam civitatem Ierusalem peruenit.

4. Ierosolyma Venetias redit anno 1524. mense Ianuario. Inde Barcinonem se confert. Vbi grammatices rudimenta addiscere incipit, Ardebolo praeceptore.

An. 1525. literarum studia prosequitur. Barcinone ad Complutensem Academiam proficiscitur, altioribus disciplinis operam daturus.

Compluti sesquiannum circiter moratus, ob quasdam persecutiones, Salmanticam adit: sed neque illic quieto illi esse licuit.

28. Cum in Hispania biennio Logicam, Physicam, Theologiam simul delibasset, Lutetiam commigrat, sub initium Februarij, an. 1528. Lutetie, primum in Collegio Montis acuti octodecim fere menses Latina lingua operam dat. tum Philosophie

curri:

curriculum aggreditur an. 1529. in  
Collegio sancte Barbarae (vbi Petrum  
Fabrum, & Franciscum Xauerium  
socios, & contubernales habet) il-  
lendq, tribus annis, & dimidio abso-  
luit, Ioanne Penna doctore. Deinde  
magistrali laurea donatus, Theolo-  
giae vacat duobus annis in Gymnasio  
Monasterij Dominicani, usque ad  
annum 1535. exeuitem.

Sub initium anni 1534. Iacobus Laines,  
& Alfonsus Salmere, tum Simon  
Rodericus, & Nicolaus Bobadilla,  
Ignatio se adiungunt. Atque hi sep-  
tem socij an. 1534. Lutetia in aede B.  
Mariae, quæ Mons martyrum dicitur,  
ipso die sacro eiusdem Virginis Ass-  
umptioni, voto se obstringunt, pau-  
perem vitam degendi, proximorum  
salutem procurandi, & Ierosolymam  
intra certum tempus nauigandi.

An. 1535. Claudius Layus, Ioannes Codu-  
rium, & Paschalias Broetus ad cate-  
ros Socios accedunt. Ignatius in His-  
paniam discedit. Autumni tempore,

1529.  
1530.  
1531.  
1532.  
1533.  
1534.

1535.

tum valetudinis recuperandæ, tum  
negotiorum gratia. cæteri verò socij  
eodem die, & loco, eisdemq; ceremoni-  
nijs vota renouant.

536. Ignatius an. 1536. Venetias venit, quo  
mense, nescitur. Socij verò votis vi  
anterenouatis, Lutetia discedūt eodē  
anno, 5. die Novemb. & Venetias in-  
grediuntur 8. die Ianuarij 1537. Ub  
eos Ignatius præstolabatur. In Xeno-  
dochij opera charitatis exercent.

537. An. 1537. ad medium quadragesiman  
Romam veniūt omnes, excepto Igna-  
tio: à Pöt. Max. iij. Paul. facultatē ob-  
tinet ad sacros Ordines, titulo volun-  
tariæ paupertatis, ad incolendam Ie-  
rosolymam, & prædicandū Euange-  
liū. Inde Venetias ad Xenodochia re-  
deunt. Ad sacerdotium premonentur  
Ignatius, & sex aliū Socij, die nata-  
li S. Ioannis Bapt. tres enim ant  
sacerdotes erant, Faber, Claudio  
Paschafius.

538. In eunte anno 1538. Ignatius, Faber, Lai-  
nes, Romam; aliū Socij alias Itali.

Aca-

*Academias adēut. Ignatio Romam appropinquanti Iesus apparet; unde Societati Iesu noquen inditum. Ad medium verò Quadragesimam cæteri Socij Romam ad Ignatium conueniunt: Catechismum populo tradunt: veterem frequentis Confessionis, & Communionis usum restituūt: de Societate constituenda deliberāt.*

*Anno 1539. die 3. Septembris Ignatius 1539.*

*ad Paulū iij. Tyburi morantem adit, ab eōq; instituti formula proposita, Societatis confirmationem petit. is tribus Cardinalibus negotium committit. Ignatius ad fœlicem tanta rei exitum multa Missarum millia celebranda curat.*

*An. 1540. duo ex 10. Patribus, Xauerius, & Rodericus, mittuntur in Indiam, rogatu Regis Lusitaniae Ioannis iij. idque antequam effet à sum.*

*Pont. approbata Societas. Sed Rodericus in Lusitania remanet: Xauerius ex portu Vlyssiponensi soluit die 7. April. an. 1541. & Goam per-*

uenit die 6. Maij 1542. Eodem anno  
1540. die 27. Septembris edita est  
prima Bulla approbationis Socie-  
tatis; eatamen lege, ut sexaginta  
tantum Socij admitti possint. Sub  
finem huius anni templum B. Ma-  
riae, quod destrata dicebatur, No-  
stris datum est.

541. An. 1541. Ignatius Praepositus Gene-  
ralis eligitur, sub finem Quadrage-  
simæ, die 22. Aprilis. Patres sexta  
feria Paschæ septem insigniora Ur-  
bis templo obenunt, & in æde Diui  
Pauli, facello autem B. Mariæ, pro-  
fessionem emittunt. Die 29. Aug.  
Ioannes Codurius excedit è vita.  
Salmeron, & Paschasius in Hyber-  
niam Nuncij Apostolici mittuntur.  
Ignatius emissa professione, rudi-  
menta Christianæ doctrinae in tem-  
plo nostro per sex & 40. dies cotinē-  
ter tradit. Collegium Conimbricense  
in Lusitania instituuntur: quod est  
primum Societatis nostræ Colle-  
gium. Sicut prima Professorum

Domus

Domus, Romana.

*Ulegium Goanum in India institui-  
tur, Laines à sum. Pōt. Venetias mit-  
titur, Veneta Reip. rogatu. Lutetia  
Nostrī, qui eò missi fuerāt ab Ignat-  
io studiorum gratia, Louanium se  
transferunt, Prefecto Hieronymo  
Domeneco.*

1542.

*Anno 1544. 14. die mensis Martij,  
Societas ab eodem Pont. Max. Paul.  
iij. iterum confirmatur, sublata nu-  
meri restrictione. Ignatius Roma  
pietatis opera instituit. Romana Do-  
mus adificari cæpta.*

1543.

*An. 1544. Laines Brixiam concionan-  
di gratia mittitur.*

1544.

*Anno 1545. Laines, & Salmeron ad  
Conci. Tridentinum, vt sum. Pont.  
Theologi; Claudius autem Iayus, vt  
Procurator Cardinalis Augustani,  
mittuntur.*

1545.

*Dux Gandiae Exercitijs spiritualibus à  
Petro Fabro excolitur. Non ita mul-  
tò post Faber migrat è vita, Roma  
Kal. Aug.*

1546.

Franciscus Borgia, Gandia Dux, professionem Societatis, in seculo adhuc ad quatuor annos manens emisit, singularis sum. Pont. concessu, ut res suas interim componeret.

Nostris in Africam penetrant. Liber exercitiorum spiritualium approbatur à Pont. Max. rogatu Dueis Borgiae.

Xauerius Iaponem ingreditur. Sicilia Societatem complectitur, Messanae institutis Collegio, ac Dome probationis, que est primus in Societate. Nostris in Brasile am nauigant, & pro Christo Antonius. Criminalis occiditur.

Societas à Jul. iij. Pauli iij. successore confirmatur, & priuilegijs augetur. Constitutiones decennio ab Ignatio elaboratae, à Patribus Professis approbantur, & summa veneratione accipiuntur. Humilitas Ignatij in abdicando Generalatu claret. Dux Gandia & Societatis habitum induit.

Collegium Romanum inchoatur: cuius primus Rector fuit P. Ioan. Pelletarius Gallus. Laines, & Salmeron ab

*Iulio iij. ad Concilium Trid. secun-  
dò mittuntur.*

*Corsica lastratur à Nostris. duo è primis  
Patribus obeunt, Claudius Layus in  
Germania in Collegio Viennensi, die  
Transfigurationis Domini 6. Aug.  
Et Xauerius apud Indos, in portu  
Sinarum Cantone, die 2. Decembris,  
anno Indicę sua peregrinationis  
vndecimo. Provinciales ab Ignatio  
constituentur, Laines Italiae, Lusitanie  
Simon Rodericus, Hispaniae  
Antonius Araoz, Indiae Xauerius  
(nondum accepto de eius obitu nun-  
cio), Germanię Petrus Canisius, Gal-  
liae Paschasius Broetus; non eodem  
omnes tempore, sed alij post alios: hoc  
tamen anno Laines; qui fuit primus  
in Societate Provincialis.*

*Ignatius Hieronymum Natale in His-  
paniam Commissarium, Et ad Con-  
stitutiones promulgadas mittit. Epi-  
stolam de Obedientiae virtute scri-  
bit ad Fratres Lusitanie 26. die  
Martij.*

1552.

1553.

554. Societas in Gallia certas sedes habere  
incipit, instituto primum Collegio  
Billiomeo., tum Parisiensis; quam-  
uis hoc Scholas non aperuerit. ante  
annum 1564.
555. Salmeron in Poloniā Societatis no-  
men primus iuuebit.
1559. Ignatius Roma migrat ad Dominum.  
Paul.4.Pont.Max.vlt. die Iul. feria  
sexta, hora post soles ortum prima  
etatis sue anno 65. conuersiois au-  
tem ad Deum 35. & amplius; con-  
firmatae Societatis anno 16. in qua  
reliquit Provincias duodecim, &  
Domicilia fere centum.

---

Divisio totius vitæ P. Ignatij in de-  
cem partes iuxta varia tempo-  
ra, & loca, in quibus  
vixit.

1. In secula vixit 29. annis..
2. Domi ager mansit circiter annum.
3. Manresa per annum, austoram

---

agens

agens pœnitentiam.

F. Annum consumpsit in peregrinatione Hierosolymitana.

In studijs quadriennium in Hispania, videlicet Barcinone biennium, Compluti, & Salmaticæ ferè biennium.

In studijs Lutetiæ septemnium, videlicet octodecim menses linguae latine, tres annos cum diuidio philosophiae, biennium Theologia.

Annum in Hispania, ad negotia expedienda, & sanitatem recuperandam.

Venetijs, & in Veneta ditione annum, & amplius.

Roma triennium, aut circiter ante fundationem Societatis.

Rome 16. annis Societatem rexerit Generalis Praepositus, ab an. 1540. usque ad 1556. sub quathor summis Pontt. Paulo III. Julio III. Marcelllo II. & Paulo III.

Decem

PRIMI DECEM PATRES

Decem primorum Societatis Patrum.

Vocatio- Nomen,Cognomen,Natio, Dicēsis, Ordo obi-Locus, Dies,Mensis,Annus  
nis ordo.

I.	S.P.Ignatius	<i>Loyola,</i>	<i>Cantaber,</i>	<i>Pampilonēs.</i>	5. <i>Rome.</i>	31. <i>Islij.</i> 1556.
II.	P.Peter	<i>Faber,</i>	<i>Allobrox,</i>	<i>Gebennē.</i>	2. <i>Rome.</i>	1. <i>August.</i> 1546.
III.	S.P.Franciscus	<i>Xavier,</i>	<i>Nauarrāns,</i>	<i>Pampilonē.</i>	4. <i>In portu Sinarū.</i>	2. <i>Decemb.</i> 1552.
IV.	P.Iacobus	<i>Latines,</i>	<i>Hispānias,</i>	<i>Segonimēn.</i>	7. <i>Rome.</i>	19. <i>Ianua.</i> 1565.
V.	P.Alphonsus	<i>Sahnero,</i>	<i>Hispānus,</i>	<i>Toletan.</i>	9. <i>Neapoli.</i>	13. <i>Febru.</i> 1585.
VI.	P.Simōn	<i>Redericus,</i>	<i>Lusitanus,</i>	<i>Visen.</i>	8. <i>Olyssipon.</i>	15. <i>Islij.</i> 1579.
VII.	P.Nicolaus	<i>Bobadilla,</i>	<i>Hispānus,</i>	<i>Palestinēm.</i>	10. <i>Laureti.</i>	23. <i>Septēb.</i> 1590.
VIII.	P.Claudius	<i>Iaius,</i>	<i>Allobrox,</i>	<i>Gebennē.</i>	3. <i>Vienae Austriae.</i>	6. <i>Aug.</i> 1562.
IX.	P.Ioannes	<i>Cedurinus,</i>	<i>Gallus,</i>	<i>Ebreduuen.</i>	1. <i>Rome.</i>	29. <i>Aug.</i> 1541.
X.	P.Paschafus	<i>Bretēnus.</i>	<i>Gallus,</i>	<i>Ambianē.</i>	6. <i>Lutetiae.</i>	14. <i>Septēb.</i> 1561.

Cōière primum Societatem Parisijs , anno 1534 . septem priores, ad quos  
accesserunt tres posteriores, anno 1535 . l . 2 . cap . 4 .

# Præpositorum Generalium Societatis electio, & obitus.

*Electi Romæ.*

P. Ignat. Loiola	1541. 22. Apr.	1556. vlt. Iul.	1.
P. Iac. Laines	1558. 2. Jul.	1565. 19. Ianu.	2.
P. Franc. Borgia	1565. 2. Jul.	1572. 30. Sept.	3.
P. Euerard. Mer- curianus.	1573. 23. Apr.	1580. 1. Aug.	4.
P. Claud. Aquauia	1581. 19. Febr.	Viuat diu- tissime.	5.

*Obiere Romæ.*

## Congregationes Generales hactenus quinque.

Prima an. 1558.	In qua	P. Iac. Laines.
Secunda an. 1565.	creatus	P. Franc. Borgia.
Tertia an. 1573.	est Præ	P. Euerard. Mer-
Quarta an. 1581.	positus	curianus. (ua. Gener.)
Quinta an. 1593. pro magni momenti negotijs.	P. Clau. Aquauia-	

In prima fuere Patres 24. in secunda  
39. in tertia in quarta 57. in quinta  
64. & in quarta interfuerunt duo ex  
decem primis Patribus Societatis, Sal-  
mero, & Bobadilla, & 27. inueneti sunt,  
qui P. Ignatium familiariter nove-  
rant.

Octa-

Octoginta tres Patres, & Fratres  
nosteri à Gentilibus, vel Hære-  
ticis pro Christi fide inten-  
tempti, ad annū vsq; 1598.

Viginti septem à Gentilibus.

**P**rimus omnium fuit P. Antonius  
Criminalis Italus, Parmensis, socius  
P. Xauerii, in India à Badeguis lan-  
ceistransfixus an. 1549. Post quem, in-  
signiores fuere, Petrus Correa, & Ioan-  
nes Sosa laici: tum P. Alphonsus à  
Castro, P. Consalvius Sylveira, P. Fran-  
ciscus Lopez. Post hos, P. Rodolphus  
Aquaviva cum quatuor socijs in Sal-  
setana Indiae regione prope Goam à  
Barbaris trucidati, an. 1583. 15. Iul.  
Denique tres cruci affixi in Iaponia.  
an. 1597.

Quinquaginta sex ab Hæreticis.

Horum Antesignanus fuit P. Ignatius  
Azebedo, Brasilia Provincialis, cum  
39. socijs, quos in suam Provinciam du-  
cebatur,

cebat, interfectus. 15. Jul. 1570. Sequenti verò anno duodecim alij eodem proficiscentes, ab iisdem capti, & martyrio affecti. Item P. Emundus Campianus. 1582. ab Elisabetha Anglia Regina. Denique an. 1593. in Provincia Lugdunensi, P. Iacobus Salesius, & Guillelmus Saltamuscius laicus.

Insigniorum quorumdam Patrum  
fælix obitus, seu martyrium,  
ordine mensium.

Ianua. 19. P. Iacobus Laines Roma  
1565.

Februa. 13. P. Alfonsus Salmero  
Neapoli. 1585.

April. 3. P. Hieronymus Natalis  
Roma. 1580.

Maij. 20. P. Thomas Cottamus in  
Anglia pro Catholica fide occisus.  
1582.

Jul. 15. P. Ignatius Azebedo cum 39.  
Socijs à Calvinistis interemptus,  
1570.

Eo-

IN SIGNIORVM PATRVM

Eodem die P. Simon Rodericus, unus ex primis decem Societatis Patribus, obiit *Lisbona*. 1575.

Eadem die, P. Rodolphus Aquaviva cum quatuor Socijs in India pro Christo trucidatus. 1583.

Iul. 31. P. N. Ignatius San. me. Romæ obdormit in Domino. 1556.

Aug. 1. P. Petrus Faber, qui fuit primus Ignatij Socius, obiit Romæ. 1546.

Eodem die, P. Euerardus Mercurianus, quartus Præpositoris Generalis Romæ. 1580.

Aug. 6. P. Claudius Layus, unus ex decem primis Societatis Patribus, *Vienna Austria*. 1552.

Aug. 11. P. Consalvius Sylueira, martyrio coronatus in India. 1561.

Aug. 29. P. Joannes Codurius, unus ex decem primis Societatis Patribus, Romæ. 1541.

Sept. 14. P. Paschafius Broëtus, unus ex decem primis Patribus Societatis, *Lutetie* 1562.

Eo-

Eodem die, duodecim e nostris a Calvinianis interempti, & in mare projecti. 1571.

Sept. 23. P. Nicolaus Bobadilla, unus ex decem primis Societatis Patribus, illorum omnium postremus obiit Laureti. 1590.

Sept. 30. P. Franciscus Borgia, tertius Societatis Præpositus Generalis, Romæ. 1572.

Nouemb. 19. Translatio P. Ignatij in nouum Templum, Romæ. 1587.

Decemb. 1. P. Edmundus Campianus in Anglia, illustri martyrio coronatus. 1581.

Decemb. 2. P. Franciscus Xauier in portu Sinarum, cum undecim annos in Indica vinea laborasset, fæliciter obiit. 1552.

Decemb. 20. P. Ioannes Polancus, trium priorum Societatis Præpositorum Secretarius, Romæ 1576.

Instituti Societatis formula ex  
Bul. Iul. III. 1550.

Q uic-

FORMVLA INSTIT.

**Q**vicunque in Societate nostra,  
quam Iesu nomine insigniri cu-  
piens, vult sub crucis vexillo Deo mili-  
tare, & soli Domino, ac Ecclesie ipsius  
 sponsa, sub Romano Pontifice, Christi  
 in terris Vicario, seruire, post solemne  
 perpetua Paupertatis, Castitatis, & O-  
 bedientiae votum, proponat sibi in ani-  
 mo, se partem esse Societatis, ad hoc  
 potissimum institutę, ut ad fidei defen-  
 sionem, & propagationem, & perfectū  
 animarum in vita, & doctrina Chri-  
 stiana per publicas predicationes, le-  
 ctiones, & aliud quodcumque verbi Dei  
 ministerium, ac spiritualia exercitia,  
 puerorum, ac rudium in Christianismo  
 institutionem Christi fidelium in Con-  
 fessionibus audiendis, ac ceteris Sacra-  
 mentis administrandis, spirituali  
 consolationem praecipue intendat: &  
 nihilominus ad dissidentium reconci-  
 liationem & eorum, qui in carceribus,  
& in hospitalibus iuueniuntur, piam  
 subuentiōnem, & ministerium, ac reli-  
 qua charitatis opera, ad Dei gloriam, &

com-

commune bonum expedire visum erit,  
exequenda gratis omnino, & nullo pro  
suo in predictis omnibus labore stipen-  
dio accepto, se utilem exhibeat; curetq;  
primò Deum, deinde huius sui Instituti  
rationem, que via quadam est ad illū,  
quoad vixerit, ante oculos habere, &  
finem hunc sibi à Deo propositum totis  
viribus assequi, unusquisque tamen  
secundum gratiam sibi a Spiritu san-  
cto subministratam, & vocationis sua  
proprium gradum.

### Formula votorum simplicium.

**O**nnipotens sempiterne Deus, ego  
licet undecimque di-  
mino tuo conspectu indignissimus, fre-  
tus tamen pietate, ac misericordia tua  
infinita, & impulsus tibi seruendi de-  
siderio, Voueo coram sacratissima Vir-  
gine M A R I A , & Curia tua cælesti  
uniuersa, Diuine maiestati tua, PAV-  
PERTATEM, CASTITATEM, &  
OBEDIENTIAM perpetuam, in So-

cietate,

cietate IESV, & promitto eandem Societatem me ingressum, ut vitam in ea perpetuo degam, omnia intelligendo iuxta ipsius Societatis Constitutiones. A tua ergo immensa bonitate, & clementia, per IESV Christi sanguinem pete suppliciter, ut hoc holocaustum in odorem suavitatis admittere digneris; & ut largitus es ad hoc desiderandum, & offrendum, sic etiam ad explendum gratiam uberem largiaris. Amē.

Vndecim documenta P. Ignatij  
de obedientia.

IN ingressu Religionis, vel post ingressum, resignatus (hoc est, propria exutus, atque ab alterius pendes voluntate) omnino esse debeo in conspectu Dei domini nostri, eiusq<sub>z</sub>, qui loco Dei milii praeest.

Optare debo, ut ille me gubernet, ac regat, qui abnegatione mei proprij iudicij & intellectus iniugilet.

In quibus rebus peccatum non est, in

iis omnibus voluntatem illius sequi, non  
meam, debo.

Tres sunt obedientiae gradus: pri-  
mus est, cum fit obedientia, propterea  
quod aliquid in virtute facta obedien-  
tia præcipitur; & hic quidem bonus est:  
alter, cum fit quod simpliciter manda-  
tur, & melior est: Tertius est, cum obe-  
dientiam præuenimus, & id facimus,  
ad quod Superiorem propensum cerni-  
mus: tamet si nihil ille præcipiat: & hic  
quidem ceteris longè perfectior est.

Non debo cogitare, qui me guber-  
nat, summus ne, an medius, an infimus  
sit, sed devotionem meam omnē in obe-  
dientia collocare, & illud magni pen-  
dere, quod loco Dei domini nostri præsi-  
det. Nam personarum si distinguis  
gradus, perit obedientiae vis.

Si quando tēpus inciderit, quo mihi  
videatur à Superiore meo quid præcipi;  
quod contra conscientiam meā sit; Su-  
periori verò aliud videatur, illi potius,  
quam mihi, credam, si quidem aperta  
ratio non repugnat. Quod si hoc in ani-

mum

num inducere non possum, ut certè  
meum iudicium, sensimque relinquā,  
et ad vniuersitatem duorum, triūmque iu-  
dicium rem totam rei ciam, ut quod ab  
illis iudicatum sit, id sequar. Hoc si re-  
cuso, longissimè à perfectione absum, et  
ab iis virtutum officiis, quae veri Reli-  
gio si sunt maximè propria.

Denique meus esse non debeo, sed  
cius, qui me erexit, qui que illius locum  
tenet, ut me duci, tractariq; instar mol-  
lissima cera fina, quae sequitur fingen-  
tis manum, ut inscribere, accipiendo  
literis, et contra, in colloquio cū fra-  
tribus, aut silēcio, id mihi salutare cre-  
dam, quod iussus fuero, deuotionēque  
meam in eo, quod precipitur, totam con-  
stituam.

Ita nte instituam, quasi corpus mor-  
tuum, quod neque voluntatem, neq; sen-  
sum habet. Secundò, non aliter quam  
parvulam quandam statuam, quā quo-  
quouerſū velis, haud repugnātem ver-  
tas. Tertiò, talem me fingam, ac presta-  
bo, qualis baculus in manu senis est, vi-

me

me ad arbitrium suum vratatur, ibi q; ponat, rbi eum adiuuare maxime possim: sic ego paratus ad omnia sim, ad qua mea opera Religio vti velit, nibilque recusem, quod sit imperatum.

Neque petere neq; rogare, multò minus flagitare debo à Superiore, vt me aliquò potissimum mittat, vt in hoc potius, quam in illo munere exerceat: sed cogitationes meas, siue desideria simpliciter exponere, atq;. ad illius pedes abiicere, vt ille constituat, atq;. imperet; ego, quod ab illo constitutum fuerit, atq;. imperatum, id optimum putem.

In rebus tamen leuibus, ac bonis facultas peti potest, vt ad stationes Vrbis obeundas; ad spiritales gratias petendas: Et his similia: dum eo tamen animo sis, vt quod concessum, negatumue sit, id optimum credas.

In his præterea, que ad paupertatem spectant, nihil meum duçam: sed ita me cōparem, vt quarum rerum usu habeo, eārum me vestiu, cultuque ornatū, quasi statuā existimem, que ornatum

detra

VIII. P.IGN. PRÆCEPTA

*detrahenti, nihil omnino aut resistit, aut  
repugnat.*

Octo eiusdem Patris præcepta ad  
perfectionem acquirendam.

**H**æc documenta suis Ignatius edit  
alumnis;

*Vt methodo parua commoda magna  
parent.*

1. *Nulli, vel minimo, quavis ratione, re-  
pugnes;*

*Cedre te potius, quam superare iu-  
uet.*

2. *Obsequium studeas praestare per om-  
nia cæcum,*

*Iudiciumque libens subiice cuique  
tuum.*

3. *Ne vitia inspicias aliena, & visa  
recondas,*

*Sed propria incuses, atque patere  
velis.*

4. *Quicquid agas, dicas, mediteris, pro-  
pice primum,* (Deo.

*Proximo an expediat, complaceat q,*

*Sit*

Sit tua Spiritui libertas semper, & illa  
Nec persona potens, causa nec vlla  
granet.

Ne facili iungas tibi consuetudine  
cunctos:

Spiritus, & ratio quemlibet ante  
probent:

Exerce assiduè pia, mente, & corpore,  
facta:

Sis populo demens, sic sapis ipse  
Deo.

Fac matutino, vespertinoq; reueluas  
Hac studio, & lectum dum petis,  
adde preces.

### Eadem Gallicè.

**C**es beaux enseignemens Ignatius  
Celaux siens dohnose,  
Et auëc briefmoien a grâd fruit  
les menoït.  
Ne repugnes a nul, voire au moin-  
dre de tous,  
D'estre vaincu plustot, que vain-

cre te soit doux.

En tout efforce toy d'obeir sim-  
plement:

Et volontiers a tous soubmets  
ton iugement.

Ne vois vices d'autruy , & veus ne  
les descouures:

Mais accuse les tiens , & a cha-  
seun les ouures.

Tout ce que penseras , ce que veux  
dire, ou faire,

Voiss'il fert au prochain , & s'il  
peut a Dieu plaire.

Fais tousiours ton esprit iouyr de  
liberté:

Et que par nul moyen d'elle sois  
dejetté.

Ne sois trop familier avec toute  
personne:

Que l'esprit , & raison parauant  
en endoune.

Tousiours ton ame , & corps em-  
ployes fainctement:

Vucille estre estimé fol , pour  
plaire au Dieu clement.

Au

Au matin, & au soir cecy mediteras;

Et auant que dormir ton Sauveur prieras.

*Missa, & Orationes à singulis nostris Paribus, & Fratribus ordinariè facienda.*

Singulis annis.

**V**NA Missa, vel tres Corona pro nostra Societate:

Una Missa, vel Corona pro Fundatore propria Domus, vel Collegij, & benefactoribus viuis, ac defunctis.

Singulis mensibus.

MISSA VEL CORONA.

Pro nostra Societate.

Pro Fundatore proprij Collegij, vel Domas, & benefactoribus, viuis, ac defunctis.

Pro Indijs, & gentium conversione

Pro regionibus Septentrionalibus ; &  
hereticorum reductione

Singulis hebdomadis.

MISSA VEL CORONA,

Pro defunctis Societatis extra hanc  
Prouinciam.

Ad intentionem R.P. Generalis.

Septem Pater, & Aue pro nostra So-  
cietate.

Septem Pater, & Aue pro benefacto-  
ribus huius Collegij, viuis, & defun-  
ctis.

Pro quibus nostri orare debent  
ordinarie.

1. Pro universa Ecclesia, praesertim pro  
Prælatis, & Principibus seculari-  
bus, & alijs, qui nostra ministeria  
multiū iuuare, vel impedire possunt.
2. Pro nostra Societatis conseruatione, &  
incremento, ac pro omnibus Supe-  
rioribus.

Pro

- Pro amicis & benefactoribus, viuen-  
tibus, & vita functis. 3.
- Pro alijs, in quorum auxilium Societas  
inter fideles, & infideles incabit. 4.
- Pro male affectis erga nostram Socie-  
tatem. 5.
- Ad intentionem R. P. Nostri Gene-  
ralis. 6.
- Pro ijs, qui singulis mensibus in sche-  
dula commendantur. 7.

### Extraordinariè.

- Pro Fundatore vicente 3. Missæ, rei  
Corona.
- Pro Fundatore defuncto, totidem.
- Pro uno defuncto in proprio Collegio  
vel Domo, 3. in alio Coll. eiusdem  
Prouinciae, 2.
- Pro defunctis extra Prouinciam quis-  
que oret pro sua deuotione.
- Pro ijs personis, & negotijs, quæ à su-  
perioribus commendari solent.

LE V R A Y  
I E S V I S T E.

A Voir quitté le monde , estre  
sans volonté,  
Viure à guise d'autruy, priser l'o-  
beissance,  
N'auoir rien comme sien, aymer  
la patience,  
Ayant le corps, le sens, & l'esprit  
bien dompté,

Viure en terre , & de coeur estre au  
ciel ia monté,  
S'entr'aymer, se transer, purger sa  
conscience,  
Parler peu, faire assez, auoir sim-  
ple prudence,  
Honorer tous, vouloir pour rien  
estre compté,

Estre ioyeux à l'vn , & avec l'au-  
tre triste,  
Veiller, prier, ieusner, & se plain-  
dre

drebien peu:  
De lvn à l'autre Pole annoncer  
le vray Dieu,

Regaigner l'Heretiq , confondre  
l'Atheiste,  
Pour I s v s endurer, l'eau, le  
glaiue, le feu,  
Cela ( mon cher amy ) est estre  
I E S V I S T E .

### ANAGRAMMA,

I G N A T I V S D E L O I O L A  
O I G N I S A D E O I L L A T V S ,

*Ignem veni mittere in terram.*  
Luc. 14.

Oratio pro Societate nostra ex  
verbis, Psal. 79.

D Omine , tu aplantasti vineam  
istam , dux bitinoris fuisti in  
conspicere eius , platasti radices eius ,

ORAT. PRO SOCIETATE

¶ dimpleui terram: operuit montes  
umbra eius, & arbusta eius cedros Dei:  
extendit palmites suos usque ad mare,  
& usque ad flumen propagines eius.  
¶ Deus virtutum conuertere, respice de  
caelo, & vide, & visita vineam istam,  
& perfice eam: quam plantauit dexter  
tua. Per Dominum nostrum, &c.

Medium singulare ad perfectione  
breui tempore acquirendam.

Prouidebam Dominum in conspectu  
meo semper. Psal. 14.

Ent tout lieu prens garde,  
Que Dieu te regarde.



# CATALOGVS.

Epi. de Renouat.spir.	fol. 2.
Epi.de Stud.perfect.	25.
Compend.vit.P.Igna.	49.
Decem primi Patres.	54.
Præpositi Generales.	55.
Congregationes generales.	55.
Octoginta tres Martyres.	55.
Insigniorum Patrum obitus.	56.
Formula Instituti.	57.
Formula votorum simplicium.	58.
Vndecim docume.de obed.	58.
Octo ad perfectionem.	60.
Missæ,& orationes.	62.
Pro quibus orandum.	62.
Sonnet du Iefuiste.	63.
Anagramina.	64.
Oratio pro Societate.	64.
Medium ad perfectionem.	64.

# ERRATA.

# ERRATA.

Folio. Pagina. Linea. Corrige.

- |     |                |                                               |
|-----|----------------|-----------------------------------------------|
| II. | 2.             | vlt. agricolationisue.                        |
| 7.  | 2.             | 2. legem.                                     |
| 15. | 2.             | 3. ante vlt. eorum.                           |
| 32. | 2. in margine, | Ias.                                          |
| 34. | 2. penult.     | easdem.                                       |
| 37. | 2. 4           | post verbiū<br>seruetur, ponatur virgula.     |
| 47. | 1.             | 18. pro primi<br>PP. dic, multis sancti viri. |
| 50. | 2.             | 15. Bau. iij.                                 |
| 53. | 2.             | 9. in margine. 1556.                          |



BIBLIOTECA EPISCOPAL  
DEL  
SEMINARIO DE BARCELONA

Arm. 132

Est. 6

N.º



BIBLIOTECA EPISCOPAL  
DE  
BARCELONA

Reg. 36.496

Sig. L41.5

Aqu.

elona

